בָּלֶה *m.* vetus, tritum: *plur.* בָּלִים. *Fœmin.* בָּלָה inveterata, effœta: *plur.* בָּלוֹת veteres, tritæ.

בַּלָּהָה *f. vide ſupra in* בהל.

בְּלוֹיִם *m. plur.* veteramenta, *abſque* א.

בְּלִי, תַּבְלִית *f.* conſumptio.

בְּלוֹ *Chald.* tributum vetus, *vel* tributum capitale *ſive* capitationis, *Eſr.* iv. 13.

*בָּלַל confundere, miſcere, turbare. *Hithpahel* הִתְבּוֹלֵל confundi, commiſcere ſe.

בְּלִיל *m.* farrago, pabulum mixtum.

תֶּבֶל *m.* confuſio.

תְּבַלּוּל *m.* ſuffuſio.

*בָּלַם claudere, obturare, conſtringere.

בְּלִימָה *vide ſupra in* בַּל.

*בָּלַס inquiſivit, perquiſivit. *Sic Chald.* בְּלַשׁ.

*בָּלַע abſorpſit, exſorbuit, deglutivit. *Niph.* נִבְלַע abſorberi. *Pihel* בִּלַּע abſorpſit, perdidit: *Pyhal,* בֻּלַּע *et Hithpahel* הִתְבַּלַּע abſorberi, perdi.

בֶּלַע *m.* abſorptio.

בִּלְעֲדֵי, מִבַּלְעֲדֵי præter, præterquam, excepto. *Vox compoſita ex* בַּל *et* עַד *vel* עֲדֵי.

*בָּלַק exinanivit, evacuavit.

*בלת, בִּלְתִּי *vide ante in* בַּל.

*בָּמָה *f.* excelſum, ara excelſa *idolis dicata : plur.* בָּמוֹת. *Irregulare* בָּמֳתֵי *Deut.* xxxii. 13.

*בָּנָה ædificavit, exſtruxit. *Chald. præter.* בְּנַיְתַהּ ædificavi eam. *Partic.* בָּנַיִן ædifi-

cantes: בְּנֵה ædificatum. *Infin.* לִבְנֵא, לְמִבְנְיָה, לְמִבְנֵא, ædificare. *Futur.* יִבְנוֹן ædificanto. *Ithpehal. part.* מִתְבְּנֵא ædificatur: *futur.* יִתְבְּנֵא ædificabitur. *Niphal Hebr.* נִבְנָה ædificari.

בִּנְיָה, בִּנְיָן, בִּנְיָנָא *Chald.* ædificium, ſtructura.

מִבְנֶה *m.* תַּבְנִית *f.* ſtructura, ſimilitudo, exemplar, forma, figura, typus, ſtructura.

בֵּן *m.* filius, pullus: *plur.* בָּנִים. *Fœm.* בַּת filia: *plur.* בָּנוֹת. *Item,* pagi, villæ.

*בְּנַס *Chald.* iraſci, indignari, *Dan.* ii. 12.

*בֹּסֶר *m.* omphax, uva acerba et ſylveſtris.

*בָּעָה bullavit, bullas excitavit: *Item,* quæſivit, rogavit, oravit, interrogavit. *Sic Chald.* בְּעָה, בְּעָא quæſivit: דִּי בְעֵינָא quod quærebamus: וּבְעוֹ et quærebant. *part.* בָּעֵה orans: *infin.* לְמִבְעֵא ad petendum. *Futur.* אֶבְעֵא *&c.* *Niphal Heb.* נִבְעָה requiri. נִבְעֶה tumens, *vel ſubſtantive,* tumor, *Jeſa.* xxx. 13.

בָּעוּת *et per apocopam* בָּעוּ, *Chald.* poſtulatio, petitio, *Dan.* vi.

אֲבַעְבֻּעוֹת *f. plur.* puſtulæ, *Exod.* ix. 9.

*בָּעַט calcitrare, recalcitrare.

*בָּעַל dominari. *Ad virginem aut mulierem*

relatum, *eſt*, dominium, maritum ejus fieri, ducere eam in uxorem. *Niphal* נִבְעַל maritari.

בּוֹעֵל *m.* conjux, maritus: בְּעוּלָה *f.* maritata.

בַּעַל *m.* dominus, maritus: *plur.* בְּעָלִים. *Fœm.* בַּעֲלָה domina.

*בָּעַר ardere, ſuccendi, comburi: *quandoque*, accendere, exurere: *item*, obbruteſcere. *Niphal*, נִבְעַר obbruteſcere. *Pihel* בִּעֵר *et Hiphil* הִבְעִיר ardere fecit, accendit, combuſſit, exuſſit: ſuſtulit, removit: pavit, depavit. *Pyhal*, *partic.* מְבֹעָרוֹת ſuccenſæ, *Jer.* xxxvi. 22.

בְּעִיר *m.* brutum, jumentum, pecus.

בַּעַר *m.* brutus, bardus.

בְּעֵרָה, תַּבְעֵרָה *f.* incendium, combuſtio.

*בְּעַת terruit, perterrefecit, conturbavit. *Niphal* נִבְעַת terreri, conturbari.

בְּעָתָה *f.* terror. בִּעוּתִים *m. plur.* terrores.

*בָּצָל *m.* cepa: *plur.* בְּצָלִים.

*בָּצַע quæſtum fecit, lucratus fuit: diviſit, diſcidit; conciſus, ſauciatus fuit, *quod habet a* פָּצַע. *Pihel* בִּצַּע *idem.*

בֶּצַע *m.* fruſtulum, ſegmentum: quæſtus, lu-

crum.

*בֹּץ בִּצָּה m. בִּצָּה f. cœnum, lutum, paluſtris locus: *plurale cum Aleph* בִּצְּאתָו cœnoſa ejus, *Ezech.* xlvii. 11.

*בָּצֵק intumeſcere: *nominaliter*, maſſa farinacea, *ſic ab intumeſcendo dicta*.

*בָּצַר præcidit, amputavit: vindemiavit. *Niphal* נִבְצַר præcidi, abſcindi; averti, cohiberi. *Pihel* בִּצֵּר munire.

בָּצִיר m. vindemia: בֹּצֵר vindemiator.

בָּצוּר munitum: *fœm.* בְּצוּרָה munita.

בִּצָּרוֹן, מִבְצָר m. מִבְצָרָה f. munitio.

בֶּצֶר, בְּצָר m. aurum, *quaſi hominis* munitio.

בַּצֹּרֶת f. ſiccitas, ſterilitas, *quæ ex* cohibita *pluvia oritur*: שְׁנַת בַּצֹּרֶת annus ſiccitatis, *quando, ob* cohibitam *pluviam, omnia ſterileſcunt, unde penuria frumenti ac fames evenit.*

*בָּקַע ſcidit, fidit, rupit, perrupit. *Pihel* בִּקַּע. *Hiphil* הִבְקִיעַ *idem.* *Niphal* נִבְקַע, *Pyhal* בֻּקַּע, *Hophal* הָבְקַע ſcindi, rumpi, findi. *Hithpahel,* הִתְבַּקַּע *idem.*

בֶּקַע m. diſſectio, diſſectum, dimidium.

בְּקִיעִים m. *plur.* rupturæ, diſſectiones.

בִּקְעָה f. vallis, convallis: *plur.* בְּקָעוֹת, *Chald.*

idem, *Dan.* iii. 1.

*בָּקַק exhaufit, vacuavit, evacuavit. *Niphal*, נָבוֹק exhauriri. *Pihel*, *futur.* יְבֹקְקוּ evacuabunt, *Jer.* li. 2.

בַּקְבּוּק *m.* lagena, 1 *Reg.* xiv. 2.

*בִּקֵּר quæfivit, inquifivit, requifivit. *Chald.* *idem. præter.* וּבַקַּרוּ et inquifiverunt. *Infin.* לְבַקָּרָה ad inquirendum. *Hithpahel* *futur.* יִתְבַּקַּר perquiratur.

בֹּקֶר mane, diluculum : *plur.* בְּקָרִים.

בָּקָר *m.* bos, boves. armentum : *plur.* בְּקָרִים

בֹּקֵר *m.* armentarius, bubulcus.

בַּקָּרָה *f.* inquifitio, *Ezech.* xxxiv. 12.

בִּקֹּרֶת *f.* flagellatio *cum loro bovino.*

*בִּקֵּשׁ quæfivit, requifivit, poftulavit, percunctatus eft, confuluit.

בַּקָּשָׁה *f.* petitio, quæftio, poftulatio.

*בַּר, בְּרָא *Chald.* filius, *Dan.* ii. 25, 31. *Sic* *Hebraice*, *Pfal.* ii. 12. *Prov.* xxxi. 2.

*בָּרָא *Chald.* ager, *Dan.* ii. 38, *et* iv. 12.

*בָּרָא creavit. *Niphal*, נִבְרָא creari, recreari, renovari. *Pihel* בֵּרָא, præcidit, excidit, fuccidit : *item*, elegit, felegit. *Hiphil* הִבְרִיא faginavit, pinguefecit. 1 *Sam.* ii. 29.

בָּרִיא *m.* pinguis, ſaginatus: *plur.* בְּרִיאִים.
Fœm. בְּרִיאָה, בְּרִיָּה, pingue, opimum: *plur.* בְּרִיאוֹת *Gen.* xli. 5.

בְּרִיאָה *f.* creatura, creatio.

בַּרְבֻּרִים *vide infra in* בָּרַר.

*בָּרַד grandinare. בָּרָד *m.* grando. בְּרֻדִּים grandinati, *id eſt, punctis notati.*

*בָּרָה comedere, prandere, reficere ſe paſtu: *item,* elegit, ſelegit. *Hiphil* הִבְרָה comedere fecit, refecit.

בָּרוֹת, בָּרוּת, בִּרְיָה cibus, alimentum.

בְּרִי *m.* ſerenitas, puritas, *Job.* xxxvii. 11. *forma hinc, ſed ſignificatione a* בָּרַר *petita.*

בְּרִית *f.* fœdus, *ab* electione *perſonarum et conditionum fœderis, ſic dictum.*

*בַּרְזֶל *m.* ferrum.

*הִבְרִיחַ fugit, aufugit, effugit, transfugit, tranſcurrit. *Hiphil* הִבְרִיחַ fugere fecit, fugavit: *et intranſitive,* מַבְרִיחַ tranſcurrens, *Exod.* xxvi. 28.

בְּרִיחַ *m.* vectis, repagulum *a* tranſcurrendo: *plur.* בְּרִיחִים *et* בְּרִיחִם.

בָּרִחַ *m.* fugitivus, in longum recta fugiens, *id eſt,* extenſus, oblongus, *cui opponitur* עֲקַלָּתוֹן tortuoſum. *plur.* בָּרִיחִים vectes,

munimenta.

מִבְרָחֵים *m. plur.* profugi, fugitivi.

*בָּרַךְ benedixit: genua flexit honoris cauſa, procubuit in genua. *Chald.* בָּרֵךְ procumbens, *Dan.* vi. 10. בְּרִיךְ benedictus: בָּרְכַת benedixi. *Niphal,* נִבְרַךְ benedici. *Pihel,* בֵּרֵךְ benedixit, ſalutavit, valedixit. *Quandoque per euphemiam,* maledixit. *Pyhal,* בֹּרַךְ benedici. *Chald.* מְבֹרַךְ benedictum. *Hiphil,* הִבְרִיךְ genua flexit, *vel* flectere fecit. *Hith.* הִתְבָּרֵךְ benedici.

בֶּרֶךְ *f.* genu: *duale,* בִּרְכַּיִם genua. *Chald.* בִּרְכוֹהִי genua ſua, *Dan.* vi. 11.

בְּרָכָה *f.* benedictio: gratiarum actio: *plur.* בְּרָכוֹת.

בְּרֵכָה *f.* piſcina: *plur.* בְּרֵכוֹת.

*בְּרַם *Chald.* ſed, verum, verumtamen.

בְּרוֹמִים *m. plur.* veſtes pretioſæ, *juxta Hebræos.*

*בָּרַק fulguravit, *Pſal.* cxliv. 6.

בָּרָק *m.* fulgur, coruſcatio, fulgor: *gladius* fulgens, *Job.* xx. 25. *plur.* בְּרָקִים.

בָּרֶקֶת, בָּרְקַת *f.* ſmaragdus, *vel* carbunculus.

בַּרְקָנִים oxycanthæ, *aut* tribuli.

*בָּרַר expurgavit, purificavit, declaravit: *item,*

elegit, ſelegit. *Niphal,* נָבוֹר *et Hithpahel* הִתְבָּרֵר purificari, purificare ſe. *Pihel* בֵּרֵר *Hiphil* הֵבֵר purgavit.

בַּר *m.* mundus, purus : *plur.* בָּרִים.

בָּר *m.* frumentum, triticum purum.

בֹּר *m.* puritas : *item,* ſmegma.

בֹּרִית *f. idem, ab* expurgandis *ſordibus dictum.*

בַּרְבֻּרִים *m. plur.* capones, *juxta Hebræos : quidam,* ſelectiſſima altilia, 1 *Reg.* iv. 23.

*ברש, בְּרוֹשׁ *m.* abies : *plur.* בְּרוֹשִׁים.

*ברת, בְּרִית *vide paulo ante in* בָּרָה.

בְּרוֹת *m.* bruta arbor, *vel* abies : *plur.* בְּרוֹתִים brutina, abiegna, *vel* cypreſſina.

*בָּשַׁל coqui,atureſcere : coquere, elixare, *Pihel,* בִּשֵּׁל *idem. Pyhal* בֻּשַּׁל coqui. *Hiphil* הִבְשִׁיל coxit, maturavit.

בָּשֵׁל *m.* coctum, coctile, elixatum.

מְבַשְּׁלִים *m. plur.* coqui : מְבַשְּׁלוֹת coquæ, culinæ.

*בֶּשֶׂם *m.* aroma, odoratum, odoriferum.

בֹּשֶׂם *idem* : *plur.* בְּשָׂמִים aromata.

*בָּשַׁס conculcare, *Amos* v. 11.

*בָּשָׂר *m.* caro : *plur.* בְּשָׂרִים. *Chald.* בְּשַׂר.

*בִּשֵּׂר nunciavit, annunciavit, prædicavit, evangelizavit. *Hithpahel,* הִתְבַּשֵּׂר annun-

ciari.

בְּשׂוֹרָה *f.* nuncium, nuncii præmium.

*בִּשֵּׁשׁ *in Pihel,* tardavit, diſtulit.

בּוֹשׁ *m.* tarditas.

*בַּת *f.* bathus, *menſura liquidorum : plur.* בַּתִּים. *Chald.* בַּתִּין *Eſr.* vii. 22.

בָּתָה *f.* deſolatio : *plur.* בָּתוֹת.

*בתל בְּתוּלָה *f.* virgo : *plur.* בְּתוּלוֹת.

בְּתוּלִים *m. plur.* virginitas.

*בָּתַק confodit, transfixit.

*בָּתַר diſſecuit. *Pihel* בִּתֵּר *idem.*

בֶּתֶר *m.* diſſectio, pars : *plur.* בְּתָרִים.

בָּתָר *Chald.* poſt : בָּתְרָךְ poſt te : בָּאתַר־דְּנָה poſt hæc, poſtea. *Daniel.* vii. 6. *cum epentheſi* א.

ג.

*גָּאָה altum eſſe, efferre, attollere ſe, excellere, ſuperbire.

גֵּאֶה, גֵּא *m.* excellens, elatus, ſuperbus, faſtuoſus : *plur.* גֵּאִים.

גַּאֲוָה *f.* faſtus, ſuperbia, elatio. *Chald.* בְּגֵוָה in ſuperbia, *Dan.* iv. 34. גֵּאוּת, גֵּוָה, גֵּאָה

גָּאוֹן *m.* excellentia, faſtus : *plur.* גְּאוֹנִים.

גְּאֵיוֹנִים *m. plur.* ſuperbi.

*גָּאַל redemit, vindicavit. *Niphal* נִגְאַל redimi, redimere ſe: *item* contaminari, pollui. *Pihel* גֵּאֵל polluit, contaminavit. *Pyhal* גֹּאַל pollui. *Hiphil* הִגְאִיל contaminare. *Hithpahel* הִתְגָּאֵל contaminari, contaminare ſe.

גֹּאֵל *m.* redemptor, vindex. Vindiciarum jus *habebant proximi, cognati, et propinqui: hinc* גֹּאֲלִים propinqui, 1 *Reg.* xvi. 11.

גֹּאֶל *m.* pollutio, *Neh.* xiii. 29.

גְּאֻלָּה *f.* redemptio, vindiciæ, jus vindiciarum.

*גֶּבֶא *m.* lacuna, foſſa: *plur.* גְּבָאִים.

*גבב, גַּב m. gibbus, tergum, dorſum, ſuperficies eminens, eminentia: fornix. *plur.* גַּבִּים eminentiæ, dorſa, fornices, crepidines, apſides, ſupercilia. *Chald.* עַל גַּבַּהּ in dorſo ejus, *Dan.* vii. 6.

גֹּב גְּבָא *m. Chald.* fovea, foſſa, *Dan.* viii. 16, 17.

*גָּבַהּ altum, elatum eſſe, attollere, efferre, exaltare ſe. *Hiphil* הִגְבִּיהַּ exaltavit; exaltare ſe.

גָּבֹהַּ *m.* altus, elatus, celſus: *plur.* גְּבֹהִים *fœm.* גְּבֹהָה alta; גְּבֹהוֹת.

גֹּבַהּ, גְּבַהּ *m.* גַּבְהוּת *f.* altitudo.

*גבח, גִּבֵּחַ *m.* recalvaſter.

גַּבַּחַת *f.* recalvatio.

גָּבַל terminavit, determinavit. *Hiphil* הִגְבִּיל *idem.*

גְּבוּל *m.* terminus : *plur.* גְּבוּלִים, *fœm.* גְּבוּלָה *idem : plur.* גְּבוּלוֹת.

גַּבְלוּת *f.* terminatio, *Exod.* xxviii. 22.

מִגְבָּלוֹת *f.* terminatæ, æquabiles, *Exod.* xxviii. 14. *pro* מְגֻבָּלוֹת. *ſimile in* בְּדַל.

*גִּבֵּן *m.* gibboſus : *hinc tertia radicali geminata, ad augendam ſignificationem,* גַּבְנֹן *m.* eminens, gibboſus admodum : *plur.* גַּבְנֻנִּים.

גְּבִינָה *f.* caſeus, *Job.* x. 10.

*גבע, גָּבִיעַ *m.* ſcyphus : *plur.* גְּבִיעִים.

גִּבְעָה *f.* collis : *plur.* גְּבָעוֹת.

מִגְבָּעוֹת *f. plur.* tiaræ.

גִּבְעֹל *m.* culmus.

*גָּבַר valere viribus, validum, robuſtum eſſe. *Pihel* גִּבֵּר validum efficere, roborare, corroborare. *Hiphil* הִגְבִּיר *idem. Hithpahel* הִתְגַּבֵּר invaleſcere, viriliter ſe gerere.

גֶּבֶר, גְּבַר *m.* vir, *a robore et viribus : plur.* גְּבָרִים. *Chald.* גְּבַר, גַּבְרָא, גֻּבְרָא vir : *plur.*

גְּבְרַיָּא, גֻּבְרִין.

גִּבּוֹר *m.* potens, præpotens, valens, validus, robuſtus, fortis: *plur.* גִּבּוֹרִים potentes. *Chald.* גִּבָּרִין.

גְּבִיר *m.* herus, dominus: *f.* גְּבִירָה, גְּבֶרֶת, domina, auguſta, hera.

גְּבוּרָה *f.* virtus, potentia, robur, fortitudo: *plur.* גְּבוּרוֹת. *Chald.* גְּבוּרְתָּא *f.* potentia.

*גבש, גָּבִישׁ *m.* unio, margarita pretioſa.

*גגג, גָּג *m.* tectum: *plur.* גַּגּוֹת.

*גַּד *m.* coriandrum, *Exod.* xvi. 31. *Vide* גָּדַד.

גְּדָבְרַיָּא *m. plur. Chald.* theſaurarii.

*גְּדַד *Chald.* exſcidit, ſuccidit.

גָּדַד *Hebr.* turmatim concurrere, populari. *Hithpahel* הִתְגּוֹדֵד incidere ſe: turmatim congregare ſe.

גְּדוּד *m.* turma, *exſcindens et vaſtans proprie: plur.* גְּדוּדִים turmæ: *item,* liræ, ſciſſuræ terræ. *f.* גְּדוּדוֹת cæſuræ.

גַּד turma: בָּגָד venit turma, *pro* בָּא גַד. *Nam ſcribitur ut una dictio et legitur per duas:* לַגַּד turmæ iſti, *Jeſa.* lxv. 11.

*גדה, גְּדִי *m.* hœdus: *plur.* גְּדָיִים. *f.* גְּדִיּוֹת capellæ.

גְּדוֹת *f. plur.* ripæ.

*גָּדַל magnum eſſe, *vel* fieri, creſcere, educari. *Pihel* גִּדֵּל creſcere fecit, magnificavit, educavit. *Pyhal* גֻּדַּל educari. *Hiphil* הִגְדִּיל magnum effecit, magnificavit, amplificavit. *Interdum manet intranſitivum,* magnificare, efferre, attollere ſe. *Hithpahel* הִתְגַּדֵּל magnificavit.

גָּדוֹל *m.* magnus, magnificus: *plur.* גְּדוֹלִים magni, magnates. *f.* גְּדוֹלָה, *plur.* גְּדֹלוֹת.

גָּדֵל *m.* magnus: creſcens: *plur.* גְּדֵלִים.

גֹּדֶל, גְּדוֹל *m.* magnitudo.

גְּדֻלָּה *f.* magnificentia, amplitudo.

גְּדִילִים *m. plur.* inſtitæ, faſciæ.

מִגְדָּל, מִגְדוֹל *m.* turris: *plur.* מִגְדָּלִים *et* מִגְדָּלוֹת.

*גָּדַע *et* גִּדַּע *in Pihel,* amputavit, abſcidit, diſcidit, ſuccidit. *Niphal* נִגְדַּע *et Pyhal* גֻּדַּע ſuccidi, excidi.

*גִּדֵּף blaſphemavit, probro, convitio affecit.

גְּדוּפָה *f.* convitium: גִּדּוּפִים convitia, contumeliæ. *f.* גִּדּוּפוֹת.

*גָּדַר ſepſit: maceriam, murum ſtruxit.

גֹּדֵר *m.* faber murarius, cæmentarius.

גֶּדֶר, גָּדֵר, גְּדֵרָה, גְּדֶרֶת maceria, murus, paries,

ſeptum, ſepes : *plur.* גְּדֵרוֹת.

*גרשׁ, גָּדִישׁ *m.* meta, acervus frugum.

*גֵּה hic, iſte, *pro* זֶה *poſitum.*

*גָּהָה ſanavit, curavit. גֵּהָה *f.* medicina, medela.

*גָּהַר procumbere, pronum expandere ſe.

*גוֹב *m.* locuſta : *plur.* גּוֹבִים *et* גֵּבִים. *Eſt etiam* גֵּבִים trabes : foveæ, foſſæ.

*גוה, גַּו, גֵּו *m.* גֵּוָה, גְּוִיָּה *f.* corpus : *plur.* גְּוִיּוֹת.

גוא, גוֹ, גַּוָּה *Chald.* medium : בְּגַוָּהּ in medio ejus.

*גוּז abſcidit, abripuit, avùlſit : abſcindi.

גוֹז *m.* avulſor, eductor.

*גוּחַ prodiit, erupit, prodire fecit, eduxit. *Hiphil* הֵגִיחַ *idem. Chald. particip.* מְגִיחָן erumpebant, *Dan.* vii. 2.

גוֹחַ *m.* eductor.

*גּוֹי *m.* gens, gentilis : *plur.* גּוֹיִם gentes.

*גּוּל exultavit. *Hiphil* הֵגִיל *idem.*

גִּיל *m.* גִּילָה *f.* exultatio. *Vide et* גיל *infra.*

*גָּוַע exſpirare, extremum ſpiritum emittere.

*גּוּף *m.* גּוּפָה *f.* corpus : *plur.* גּוּפוֹת.

*גּוּף *Hiphil* הֵגִיף claudere, occludere.

*גּוּר peregrinari, commorari, diverſari : degere,

habitare, manere: timere, metuere, formidare, *quo modo cum* ל *vel* מִן *plerumque conſtruitur: item*, congregare, congregari, coire, convenire. *Hithpahel* הִתְגּוֹרֵר *idem.*

גּוּר, גּוֹר *m.* catulus: *plur.* גּוּרִים, גּוֹרִים, גֻּרוֹת.

גֵּר *m.* peregrinus, advena: *plur.* גֵּרִים.

גֵּרוּת *f.* hoſpitium.

מָגוֹר *m.* מְגוֹרָה *f.* formido, metus.

מָגוּר *m.* commoratio: habitatio: formido: *f.* מְגוּרָה granarium: *plur.* מְגוּרוֹת formidines.

מַמְּגֻרוֹת *f. plur.* granaria.

*גּוּשׁ *m.* ſtrigmentum, ramentum.

*גְּזְבָר *m. Chald.* quæſtor, præfectus ærario.

*גָּזַז tondere, abſcindere, reſecare, *Niphal* נָגוֹז, tonderi.

גֵּז *m.* גִּזָּה *f.* vellus, lana detonſa.

גָּזִית *f.* cæſio, lapis cæſus et politus.

*גָּזַל rapuit, diripuit. *Niphal* נִגְזַל rapi.

גָּזֵל, גֵּזֶל, גְּזֵל *m.* גְּזֵלָה *f.* raptum, rapina.

גּוֹזָל *m.* pullus: *plur.* גּוֹזָלִים.

*גָּזָם *m.* eruca, *Joel.* i. 4.

*גֶּזַע, גֵּזַע *m.* truncus ſucciſus.

*גָּזַר ſecuit, ſcidit, abſcidit: decidit, decrevit.

Niphal נִגְזַר exſcindi, ſuccidi: decerni. *Chald. Ithpehal* הִתְגְּזֶרֶת exciſus eſt, *Dan.* ii. 42.

גֶּזֶר *m.* ſegmentum: *f.* גְּזֵרָה deciſio. *Chald.* decretum, מִגְּזֵרַת עִיר ex decreto vigilum, *Dan.* iv. 14.

גִּזְרָה *f.* ſegmentum, exciſio: ſeptum, tabulatum *ſeparatum, ab alio quaſi* deciſum.

גָּזְרַיָּא, גָּזְרִין *Chald.* haruſpices.

מַגְזֵרָה *f.* ſerra: *plur.* מַגְזֵרוֹת.

*גַּחַל *m.* גַּחֶלֶת *f.* pruna, carbo: *plur.* גֶּחָלִים.

*גחן, גָּחוֹן *m.* venter, *reptilium proprie.*

*גיא, גֵּיא, גֶּיא, גֵּי, גַּיְא, גַּי vallis: *plur.* גֵּאָיוֹת.

*גִּיד *m.* nervus: *plur.* גִּידִים.

*גִּיל ſimilitudo, ſimilis ſtatus: כְּגִילְכֶם ſecundum ſimilitudinem veſtram, *Daniel.* i. 10.

*גִּיר *m.* calx *parietis. Chald.* גִּירָא, *Dan.* v. 5.

*גַּלָּב *m.* tonſor, chirurgus: *plur.* גַּלָּבִים.

*גֶּלֶד *m.* cutis, pellis.

*גָּלָה migravit, deportatus, abductus fuit captivus: revelavit, retexit ſe, *et active,* revelavit. *Chald. partic.* גָּלֵא, גָּלֵה revelans: גְּלֵי revelatum: *infinit.* לְמִגְלֵא ad revelandum. *Niphal Heb.* נִגְלָה tranſportari, de-

portari: revelari, retegi, retegere ſe. *Pihel* גִּלָּה revelavit. *Pyhal* גֻּלָּה *ut ante in Niphal. Hiphil* הִגְלָה deportavit, abduxit captivum. *Sic Chald.* הַגְלִי abduxit, *Eſr.* iv. 10. *Hophal* הָגְלָה deportatus fuit. *Hithpahel* הִתְגַּלָּה retexit ſe.

גּוֹלָה, גָּלוּת *f. Chald.* גָּלוּתָא migratio, deportatio, abductio in captivitatem: deportata, captiva multitudo.

גִּלְיוֹנִים *m. plur.* ſpecula.

*גָּלַח raſit, abraſit. *Pyhal* גֻּלַּח abraſus fuit. *Hithpahel* הִתְגַּלַּח radi, radere ſe.

*גָּלַל volvit, convolvit, devolvit, volutavit. *Niphal* נָגוֹל convolvi. *Pihel* גִּלְגֵּל volutavit. *Pyhal part.* מְגוֹלָלָה volutatum, *Jeſ.* ix. 5. *Hiphil futur.* וַיָּגֶל et devolvit, *Geneſ.* xxix. 10. *Hithpahel* הִתְגַּלְגֵּל, הִתְגּוֹלֵל volutari, volutare ſe.

גַּל *m.* cumulus, acervus: ſcaturigo: *plur.* גַּלִּים acervi: fluctus.

גֻּלָּה *f.* lecythus, lenticula: *plur.* גֻּלּוֹת ſcaturigines: orbes.

גָּלָל *m.* ſtercus convolutum: *plur.* גְּלָלִים.

גְּלָל *Chald.* devolutio, *Eſr.* v. 8. *Quidam* marmor *explicant.*

גָּלִיל *m.* limes, confinium: *plur.* גְּלִילִים orbes: *f.* גְּלִילָה tractus: limes, terminus: *plur.* גְּלִילוֹת, *quod quibuſdam nomen proprium eſt, idem cum* Gilgal.

גִּלּוּלִים *m. plur.* idola, *quaſi ſtercorea dicta.*

גִּלָּיוֹן *m.* volumen, liber.

גַּלְגַּל, גִּלְגַּל *m.* rota, orbis, ſphæra: *plur.* גַּלְגַּלִּים. *Chald.* גַּלְגִּלּוֹהִי rotæ ejus, *Dan.* vii. 9.

גֻּלְגֹּלֶת *f.* Calvaria, cranium, caput.

מְגִלָּה *f.* volumen, liber. *Sic Chald. Eſræ* ii.

בִּגְלָל propter, occaſione, cauſa.

*גָּלַם convolvit, involvit.

גֹּלֶם *m.* glomus, maſſa *rudis et informis.*

גְּלוֹמִים involucra, pallia, togæ.

גַּלְמוּד ſolitarius. *f.* גַּלְמוּדָה.

*גלע *Hithpahel* הִתְגַּלַּע immiſcere ſe.

*גָּלַשׁ detondit, deglabravit.

*גַּם etiam, quoque, quinetiam: בְּשַׁגַּם eo quod etiam, *compoſitum ex* ב *et* שׁ *et* גַּם.

*גָּמָא abſorpſit, exſorpſit, exhauſit: יְגַמֶּא אָרֶץ abſorbet terram, *Job.* xxxvii. 27. *ubi Chaldæus,* fodit terram. *Hiphil* הַגְמִיאֵנִי ſorbendum da mihi, *Geneſ.* xxiv. 17.

מְגַמָּה *f.* hauſtus, abſorbitio.

גֹּמֶא *m.* juncus, ſcirpus.

*גֹּמֶד menſura cubiti, cubitus.

גַּמָּדִים Gammadæi, *quaſi* cubitales *dicti, id eſt*, cubito *potentes, Ezech.* xxvii. 11.

*גָּמַל tribuit, retribuit, rependit: *item* educavit, ablactavit. *Niphal* נִגְמַל ablactari.

גְּמוּל retributio: *plur.* גְּמוּלִים. *f.* גְּמוּלָה, *plur.* גְּמוּלוֹת. תַּגְמוּל *m. idem.*

גָּמָל *m.* camelus: *plur.* גְּמַלִּים cameli.

*גמץ, גּוּמָּץ *m.* foſſa, fovea.

*גָּמַר perfecit: defecit, deſiit.

גְּמִיר *Chald.* perfectus, *vel* perfectio.

*גָּנַב furatus eſt, ſurripuit furtim. *Niphal* נִגְנַב furto auferri. *Pihel* גִּנֵּב ſuffuratus fuit. *Pyhal,* גֻּנַּב auferri furto. *Hithp.* הִתְגַּנֵּב furtim ſe ſurripere.

גַּנָּב *m.* fur: *plur.* גַּנָּבִים.

גְּנֵבָה *f.* furtum.

*גֶּנֶז *m.* theſaurus. *Chald.* גִּנְזַיָּא theſauri.

גַּנְזָךְ gazophylacium: *plur.* גִּנְזַכִּים.

*גָּנַן protexit: *Hiphil fut.* יָגֵן proteget, *Zach.* ix.

גַּן *m.* hortus: *plur.* גַּנִּים *f.* גַּנָּה, גִּנָּה, *plur.* גִּנּוֹת.

מָגֵן *m.* clypeus, ſcutum: *plur.* מָגִנִּים, מָגִנּוֹת.

מְגִנָּה *f.* obtegumentum.
*גָּעָה mugiit, boavit.
*גָּעַל faſtidire. *Niphal* נִגְעַל faſtidio eſſe, *Hiphil* הִגְעִיל faſtidivit.
גֹּעַל *m.* faſtidium.
*גָּעַר increpavit, objurgavit, compeſcuit, *et ſic conſtruitur cum præp.* ב: *item,* perdidit, diſperdidit.
גְּעָרָה *f.* increpatio.
מִגְעֶרֶת *f.* perditio, exitium.
גָּעַשׁ concuti, commoveri. *Pyhal* גֹּעַשׁ, *et Hithpahel* הִתְגֹּעַשׁ *idem.*
*גפן, גֶּפֶן *f.* vitis: *plur.* גְּפָנִים.
*גפף, גַּף corpus: *item,* ala, pinna: *plur. Chal.* גַּפִּין alæ.
*גפר, גֹּפֶר *m.* gopher, cedri ſpecies.
גָּפְרִית *f.* ſulphur.
*גרב, גָּרָב *m.* pſora, ſcabies maligna.
*גרד *Hithpahel* הִתְגָּרֵד ſcalpere ſe.
*גרה *Pihel,* miſcere, ſuſcitare lites. *Hithpahel* הִתְגָּרָה *idem.*
תִּגְרָה *f.* conflictus: גָּרָה, גָּרוֹן *vide* גרר.
*גרז *Niphal* נִגְרַז exſcindi, גַּרְזֶן *m.* ſecuris.
*גרל, גּוֹרָל *m.* ſors: *plur.* גּוֹרָלוֹת.
*גרם, גֶּרֶם *m.* os, oſſis: faſtigium: *plur.* גְּרָמִים,

Chald. גַּרְמֵיהוֹן oſſa eorum, *Dan.* vi. 23.
*גָּרַם exoſſare, *Pihel* גֵּרֵם conterere.
*גֹּרֶן, גרן *f.* area, horreum : *plur.* גְּרָנוֹת.
*גָּרַס comminui. *Hiphil* הִגְרִיס comminuit.
גֶּרֶשׂ *m.* comminutum, contuſum.
*גָּרַע *et Pihel* גֵּרַע minuit, detraxit, ſubtraxit.
Niphal נִגְרַע diminui, detrahi, ſubtrahi.
מִגְרָעוֹת *f.* contracturæ, diminutiones.
*גָּרַף convolvit, converrit, everrit.
אֶגְרוֹף *m.* pugnus : מֶגְרָפָה *f.* gleba.
*גָּרַר ſecuit, diſſecuit, concidit, ruminavit. *Ex Pyhal part.* מְגֹרָרוֹת diſſecti, 1 *Reg.* vii. 9. *Ex Hithpahel part.* מִתְגּוֹרֵר diſſecans, *vel* permanens, *a* גוּר, *Jer.* xxx. 23.
גֵּרָה *f.* rumen, cibus ruminis.
גָּרוֹן *m.* guttur.
גַּרְגַּר *m.* granum, bacca : *plur.* גַּרְגְּרִים.
מְגֵרָה *f.* ſerra. גַּרְגֶּרֶת, גַּרְגְּרָה *f. idem :* faux. *plur.* גַּרְגְּרוֹת.
*גָּרַשׁ *et Pihel* גֵּרֵשׁ expulit, ejecit. *Niphal* נִגְרַשׁ *Pyhal* גֹּרַשׁ ejectus fuit.
גֶּרֶשׁ *m.* ejectum, extruſum, fructus protruſus.
מִגְרָשׁ *m.* expulſio : ſuburbium, ſuburbanum. *plur. f.* מִגְרְשׁוֹת *idem, juxta Hebræos : alii,* fructus propulſi.

*גֶּשֶׁם m. imber, pluvia: plur. גְּשָׁמִים. *At* גֶּשֶׁם *Chald.* corpus: בְּגֶשְׁמְהוֹן in corpus ipſorum, *Dan.* iii. 27. גֶּשְׁמֵהּ corpus ejus.

גִּשַּׁם *Pyhal*, complui, *juxta quoſdam. Hiphil* הִגְשִׁים pluere fecit, pluviam ſuſcitavit.

*גָּשַׁשׁ palpare.

*גַּת, גתת *f.* torcular: *plur.* גִּתּוֹת.

ד.

*דָּא *Chald.* hæc, iſta: hoc, iſtud, illud.

*דָּאַב dolere, mœſtum eſſe. *Ex Hiphil part.* מְדִיבוֹת dolore afficientes, *Levit.* xxvi. 16. *pro* מַדְאִיבוֹת.

דַּאֲבוֹן *m.* דְּאָבָה *f.* dolor, mœſtitia.

*דָּאַג ſolicitus fuit, timuit. דָּאג *vide* דָּגָה.

דְּאָגָה *f.* ſolicitudo, anxietas.

*דָּאָה volavit, involavit.

דָּאָה *f.* milvus.

*דב, דִּבְיוֹנִים *m. plur.* ſtercus columbinum.

*דבא, דֹּבֶא *m.* ſermo, *quaſi a ſequenti* דָּבַב: *vel*, robur, fortitudo.

*דָּבַב loqui. *Pihel* דִּבֵּב loqui facere.

דִּבָּה *f.* fama mala, infamia.

דֹּב *c.* urſus, *plur.* דֻּבִּים. *Chald.* לְדֹב, urſo, *Dan.* vii.

*דְּבַח *Chald.* ſacrificavit: *part.* דָּבְחִין ſacrificantes, *Eſr.* vi. 3. *Ex Hebræo* זָבַח, ז *et* ד commutatis.

דִּבְחִין *Chald. m. plur.* ſacrificia, *Eſr.* vi. 3.

מַדְבְּחָא *f.* altare, *Eſræ* vii. 17.

*דבך, נִדְבָּךְ paries, murus: *plur.* נִדְבָּכִין.

*דבל, דְּבֵלָה *f.* palatha: *plur.* דְּבֵלִים.

*דָּבַק hærere, cohærere, conjunctum, conglutinatum eſſe. *Chald. partic.* דָּבְקִין adhærentes, *Dan.* ii. 43. *Pyhal* יְדֻבָּקוּ conglutinentur, *Job.* xxxviii. 38. *Hiphil* הִדְבִּיק adhærere fecit, conglutinavit. *Hophal partic.* מֻדְבָּק adhærere facta.

דָּבֵק *m.* adhærens, conjunctus.

דֶּבֶק glutinum: junctura: commiſſura: *plur.* דְּבָקִים.

*דָּבַר loqui, eloqui. *Niphal* נִדְבַּר aſſidue loqui, obloqui, dictitare, prædicare. *Pihel* דִּבֵּר dixit, edixit, locutus, allocutus eſt. *Pyhal* דֻּבַּר ſermo factus fuit, prædicatum fuit. *Hiphil* הִדְבִּיר duxit, *ex Chaldaiſmo.* *Hithpahel,* הִדַּבֵּר ſermocinari.

דָּבָר *m.* ſermo, verbum, res. עַל־דְּבַר propter rem, propter, cauſa, ratione; *plur.* דְּבָרִים.

דִּבֵּר *m. idem.*

דֶּבֶר *m.* peſtis, perditio.

דֹּבֶר *m.* ductus, caula, ovile.

דְּבִיר *m.* adytum.

דִּבְרָה *f.* ductus: *unde* עַל־דִּבְרַת pro ratione, ſecundum rationem, ordinem, ductum, *et ſimpliciter*, propter. *Sic Chaldaice in Daniele.*

דַּבְּרוֹת *f. plur.* verba.

דְּבֹרָה *f.* apis: *plur.* דְּבֹרִים.

דֹּבְרוֹת *f. plur.* rates.

הַדָּבְרַיָּא *m. plur. Chald.* gubernatores, ductores.

*דָּבַשׁ *m.* mel: palma, dactylus, *juxta Hebræos,* 2 *Par.* xxxi. 5.

דַּבֶּשֶׁת *f.* gibbus camelorum.

*דָּגָה multiplicari, *Gen.* xlviii. 16.

*דָּגַל vexillari, *id eſt,* vexillo erecto uti, vexillum erigere.

דָּגוּל vexillatus: נִדְגָּלוֹת vexillatæ.

דֶּגֶל *m.* vexillum.

*דָּגָן *m.* frumentum.

*דָּגַר collegit, congregavit.

*דַּד *m.* uber, mamma: *duale,* דַּדַּיִם.
*דדה *Hithpahel* הִדַּדָּה vagari, incedere, gradi ſenſim et leniter.
*דְּהַב, דַּהֲבָא *m. Chald.* aurum.
מַדְהֵבָה *f.* aurea, aurifica, auri cupida.
*דהם, נִדְהַם defatigari, *vel* obſtupeſcere.
*דָּהַר plaudere. דַּהֲרוֹת *f. plur.* plauſus.
תִּדְהָר *m.* teda.
*דוג piſcari. *Hiphil* וְדִיגוּם et piſcabuntur eos, *Jer.* xvi. 16. *pro* וְהֶדִיגוּם.
דָּג, דָּאג, דָּגָה piſcis: *plur.* דָּגִים.
דַּוָּג, דַּיָּג *m.* piſcator: *plur.* דַּיָּגִים *et* דַּוָּגִים.
דוּגָה *f.* piſcatio.
*דוֹד *m.* dilectus, amicus: patruus: *plur.* דוֹדִים amici, amores.
דוֹדָה *f.* amita.
*דוּד *m.* caniſtrum, ſporta: lebes, pelvis: *plur.* דוּדִים, דְּוָדִים, *et ſemel* דוּדָאִים *cum epentheſi* א. *Item* דוּדָאִים mandragoræ.
*דוה, דָּוֶה *m.* languidus: *f.* דָּוָה languida, debilis. דַּוָּי *m. idem.*
דְּוַי, דְּוֹת, מַדְוֶה *m.* languor, debilitas.
*דוח *Hiphil* הֵדִיחַ diſpulit, depulit: abluit.
*דוך tudit, contudit.
דוּכִיפַת *f.* gallus ſylveſtris, *vel* attagen.

מְדוֹכָה *f.* tudicula, mortarium.
*דוּם filuit, obmutuit, quievit. *Pihel* דּוֹמֵם filere fecit, fedavit.
דָם *m.* quies, *juxta quofdam, Ezech.* xix. 10. *vide* דָּמָה.
דוּמָה *f.* filentium, fepulchrum.
דוּמָם filentium, filens.
*דוּן judicare, difceptare, jus dicere. *Chald. part.* דָּיְנִין judicantes, caufam cognofcentes. *Niphal* נָדוֹן judicari, judicare apud fe. *Hiphil* הֵדִין judicare.
דַּיָּן *m.* judex. *Chald. plur.* דַּיָּנִין.
דִּין, דּוּן *m.* judicium, caufa, fententia.
דִּין, דִּינָא, דִּינָה *Chald. idem.*
מָדוֹן *m.* contentio, lis.
מְדָנִים, מִדְיָנִים, מְדוָנִים *m. plur.* contentiones.
מְדִינָה *f.* provincia: *plur.* מְדִינוֹת *Chald.* מְדִינְתָּא, *plur.* מְדִינָן, מְדִינָתָא, *idem.*
*דוּץ exfilire, exfultare gaudio.
*דוּר habitare. *Chald. particip.* דָּיְרִין habitantes, *Dan.* xxiii. 8. *fut.* תְּדוּר habitabat, *Dan.* iv. 18.
דּוֹר ætas, generatio: *plur.* דּוֹרִים, דֹּרוֹת. *Chald.* דָּר *idem, Dan.* iii.
דּוּר *m.* מְדוּרָה *f.* pyra, rogus.

מְדוֹר *m. Chald.* habitatio.

*דּוּשׁ trituravit. *Sic Chald. fut.* וּתְדוּשִׁנַּהּ et triturabit eam, *Dan.* vii. 23. *Niphal* נָדוֹשׁ, *et Hophal* הוּדַשׁ triturari.

דַּיִשׁ, דִּישׁ *m.* מְדֻשָׁה *f.* trituratio, tritura.

דִּישׁוֹן *m.* pygargus, dama.

*דָּחָה impulit. *Niphal* נִדְחָה, *et Pyhal* דֹּחָה impulſus fuit.

דְּחִי, מִדְחֶה *m.* impulſio.

דַּחֲוָן *Chald.* menſæ, *juxta quoſdam: aliis,* cantiones, inſtrumenta muſica: hilaria, *quaſi a* חָדָה, *per metatheſin literarum.*

*דְּחַל *Chald.* timere. *Pihel fut.* וִידַחֲלִנַּנִי et timere fecit, exterruit me, *Dan.* iv. 2.

דְּחִיל *m.* terribilis: *f.* דְּחִילָה timenda.

*דחן, דֹּחַן *m.* milium.

*דָּחַף impulit: *Niphal* נִדְחַף impulſus fuit.

מַדְחֵפוֹת *f. plur.* impulſiones.

*דָּחַק preſſit, urſit, arctavit.

*דִּי *Chald.* qui, quæ, quod: quod, quia. *Indicat et* genitivum, דִּי דְהַב auri: דִּי לֵיהּ ejus: עַד דִּי uſque dum: עַל דִּי præ quo, magis quam: כְּדִי quum: הֵא כְדִי perinde ac.

*דַּי ſufficientia, ſufficiens, ſatis: *conſt.* דֵּי. *Eſt*

quandoque ſyllabica tantum adjectio, ut בְּדֵי in, cum: כְּדֵי ſicut, ut: מִדֵּי a, de, ex, ex quo.

*דַּיָּה *f.* milvus: *plur.* דַּיּוֹת.

דְּיוֹ *m.* atramentum.

*דָּיֵק *m.* munitio, propugnaculum.

*דֵּךְ *Chald.* hic, is, iſte: *f.* דָּךְ.

*דִּכָּא attrivit, contrivit. *Pyhal* דֻּכָּא, *et Hithpahel* הִדַּכָּא contritus fuit.

דַּכָּא *m.* contritus.

*דָּכָה atteri, atterere ſe. *Niphal,* נִדְכָּה attritus fuit. *Pihel* דִּכָּה contrivit.

דָּכְי *m.* contritio.

*דכך, דַּךְ *m.* attritus, pauper: *plur.* דַּכִּים.

דִּכֵּן *Chald.* hic, iſte, hæc, iſta.

דוּכִיפַת *f.* attagen, *vel* gallus ſylveſtris.

*דְּכַר *Chald.* recordari, meminiſſe.

דְּכַר *Chald.* aries: *plur.* דִּכְרִין arietes.

דִּכְרוֹנָה *Chald. f.* memoria, memoriale.

דָּכְרָנַיָּא *Chald.* memorabilia, res memorabiles.

*דָּלַג ſaliit, ſubſiliit, tranſiliit. *Pihel* דִּלֵּג *idem.*

*דָּלָה hauſit, exhauſit. *Pihel* דִּלָּה evexit, extulit, extraxit ex imo, ſuſtulit.

דְּלִי *m.* urna, ſitula: *plur.* מִדָּלְיָו ex ſitulis

ſuis, *Num.* xxiv. 7.

דָּלִיּוֹת *f. plur.* propagines, palmites.

*דָּלַח turbavit, conturbavit aquas.

*דָּלַל attenuatus, exhauſtus fuit. *Niphal* נָדַל attenuari.

דַּל *m.* tenuis, attenuatus, exhauſtus viribus et facultatibus, pauper: *vide et mox in* דלת: *plur.* דַּלִּים. *f.* דַּלָּה, *plur.* דַּלּוֹת. *Et ſubſtantive* דַּלָּה peniculamentum.

*דָּלַף ſtillavit, perſtillavit. דֶּלֶף *m.* ſtilla.

*דָּלַק accendi, ardere: inſectari, *et ſic conſtruitur cum accuſ. vel præp.* אַחֲרֵי *Chald.* דָּלִק ardens, *Dan.* vii. 9. *Hiphil* הִדְלִיק accendit, incendit.

דַּלֶּקֶת *f.* febris ardens.

*דֶּלֶת *f.* oſtium, janua, porta. דַּל *per apocopam, idem juxta quoſdam, Pſal.* cxli. 3. *Duale,* דְּלָתַיִם: *plur.* דְּלָתוֹת, pagina libri, *per metaphoram.*

*דַּם *m.* ſanguis: *plur.* דָּמִים cædes.

*דָּמָה ſimilem eſſe, aſſimilari: aſſimilavit: ſiluit, quievit, deſtitit, ceſſavit. *Chald. partic.* דָּמֵה ſimilis, *Dan.* iii. 25. *f.* דָּמְיָה. *Niphal Heb.* נִדְמָה ſimilem fieri:

ſuccidi, exſcindi. *Pihel* דִּמָּה aſſimilavit: imaginatus eſt, cogitavit. *Hithpahel* הִדַּמָּה aſſimilavit ſe.

דָּם *m.* ſimilitudo: בְּדָמְךָ in ſimilitudine tua, ſicut tu, *Ezech.* xix. 10. *vide etiam* דום.

דְּמִי *m.* reſciſſio.

דֳּמִי *m.* ſilentium: דּוּמִיָּה *f. idem.*

דִּמְיוֹן *m.* דְּמוּת *f.* ſimilitudo.

*דָּמַם ſiluit, conticuit: quievit, acquievit, ſubſtitit, exſpectavit. *Niphal* נָדַם *idem*: *item*, ſuccidi, exſcindi. *Hiphil* הֲדִמָּנוּ ſilere fecit nos, *Jer.* viii. 14. *Hithpahel* תִּדֹּמִּי exſcindaris, *Jer.* xlviii. 2.

דְּמָמָה *f.* ſilentium.

*דמן, דֹּמֶן *m.* ſtercus, fimus.

מַדְמֵנָה *f.* fimetum.

*דָּמַע lachrymavit, *vel* lachrymatus eſt.

דֶּמַע *m.* lachryma: liquor.

דִּמְעָה *f.* lachryma, *plur.* דְּמָעוֹת.

*דְּמֶשֶׁק *m.* angulus, latus.

*דֵּן *Chald.* ille, iſte: דְּנָה illa, iſta, illud, iſtud.

*דנג, דֹּנַג *m.* cera.

*דָּעַךְ *Niphal* נִדְעַךְ, *Pyhal*, דֹּעַךְ extingui.

*דפה, דֳּפִי *m.* infamia.

*דָּפַק pulſavit. *Hithpahel* הִתְדַּפֵּק *idem.*

*דָּקַק comminuit, comminutus fuit. *Sic Chal.* דָּקוּ comminuta ſunt, *Dan.* ii. 35. *Hiphil Heb.* הֵדַק comminuit, contrivit, contudit. *Chald.* וְהַדֵּקֶת et comminuit: הַדִּקוּ comminuerunt: מְהַדֵּק comminuens: מַדְּקָה comminuens erat illa, *pro* מְהַדְּקָה. *Futur.* תַּדֵּק comminuet. *Hophal* יוּדַק comminuetur, *Jeſa.* xxviii. 28.

דַּק *m.* minutus, minutum, tenuis, gracilis. *f.* דַּקָּה, *plur.* דַּקּוֹת.

דֹּק *m.* aulæum, cortina.

*דָּקַר transfixit, transfodit. *Niphal* נִדְקַר *et Pyhal,* דֻּקַּר transfoſſus fuit.

מַדְקֵרָה *f.* transfoſſio.

*דַּר Parius lapis, Parium marmor, *aut lapidis pretioſi nomen.*

*דרא, דֵּרָאוֹן *m.* contemptus, faſtidium.

*דָּרְבָן *m.* ſtimulus, aculeus: *plur.* דָּרְבֹנוֹת.

*דרג, מַדְרֵגָה *f.* gradus, gradatio præceps, præcipitium: *plur.* מַדְרֵגוֹת.

*דַּרְדַּר *m.* carduus.

*דָּרַךְ calcavit, conculcavit, ivit, inceſſit: intendit, tetendit, *quando de arcu dicitur. Hiphil* הִדְרִיךְ *idem: item,* incedere fecit, deduxit.

דֶּרֶךְ *c.* via, iter: mos, ratio, consuetudo.
מִדְרָךְ *m.* calcatio, vestigium.
*דַּרְכְּמוֹן *m.* drachma.
*דרם, דָּרוֹם *m.* meridies, auster.
*דְּרָע, אֶדְרַע *f. Chald.* brachium: דְּרָעוֹהִי brachia ejus, *Dan.* ii. 32. *ab Hebræo* זרע, *mutatis pro more* ז *et* ד.
*דרר, דְּרוֹר *m.* libertas: hirundo.
*דָּרַשׁ quæsivit, inquisivit, perquisivit, requisivit: consuluit, sciscitatus, percunctatus est. *Construitur cum accus. et præp.* ב, ל, אֶל, עַל. *Niphal* נִדְרַשׁ requiri, consuli, reposci.
מִדְרָשׁ *m.* commentarius, commentatio.
*דָּשָׁא herbascere. *Ex Hiphil fut.* תַּדְשֵׁא herbascat, *Gen.* i. 11.
דֶּשֶׁא *m.* herba tenera, herbula.
*דָּשַׁן saginatus, pinguefactus fuit. *Pihel* דִּשֵּׁן pingue reddidit: *item,* decineravit, a cineribus purgavit, cineres removit, *vel* incineravit, *id est, in cineres redegit. Pyhal* דֻּשַּׁן pinguefactus fuit. *Anomalum,* הֻדַּשְׁנָה pinguefiet, *Jesa.* xxxiv. 6. *ex Hophal et Hithpahel.*
דָּשֵׁן *m.* pinguis: *plur.* דְּשֵׁנִים.

דֶּשֶׁן *m.* pinguedo: cinis.

*דָּת *f.* lex, edictum, jus. *Chald.* דָּת, *Dan.* vii. 25. וְדָתָא נֶפְקַת et sententia egrediebatur, *Dan.* ii. 13.

דִּתְאָא *f. Chald.* tenera herba, *Dan.* iv. 12. *ex Hebræo* דֶּשֶׁא *per commutationem* שׁ *in* ת.

*דְּתָבְרַיָּא *Chald.* legisperiti, *Dan.* iii. 2.

ה.

*הֵא en, ecce. *Chald.* הֵא כְדִי ecce sicut, perinde ac, *Dan.* ii. 43. הָא *idem.*

הֶאָח *vide in* אָח.

הַבְהָב *vide in* יָהַב.

*הָבַל vanum fieri, *vel* effici, vanescere. *Hiphil* הֶהֱבִיל vanum effecit.

הֶבֶל *m.* vanitas, *plur.* הֲבָלִים.

*הבן, הָבְנִים *m. plur.* ebena ligna.

*הבר, הֹבֵר *m.* astrologus.

*הָגָה meditari, eloqui, mussitare, *prout ad animum vel os refertur. Tribuitur et columbis, pro* gemere: *leonibus, pro* rugire. *Secundo,* auferre, removere. *Pyhal* הֹגָה *pro*

הֻגָּה amotus fuit. *Hiphil part.* הַמַּהְגִּים qui mussitant, *Jes.* viii. 19.

הֶגֶה m. sermo, loquela.

הָגִיג, הִגָּיוֹן, הָגוּת meditatio.

*הגן, הֲגִינָה recta, conveniens, *Ezech.* xlii. 12.

*הדד, הֵידָד celeusma. הֵד *idem.*

*הָדָה injecit, immisit.

*הָדַךְ contudit: *idem quod* דוּךְ *et* דְּכָא.

*הדם, הֲדוֹם m. scabellum.

הַדָּמִין *m. plur. Chald.* membra, frustra, *Dan.* ii. 5. *Verbum* הַדֵּם in frustra descindere, *in Targum usitatum est.*

*הֲדַס m. myrtus: *plur.* הֲדַסִּים.

*הָדַף deturbavit, depulit, impulit.

*הָדַר honoravit, honorem exhibuit. *Niphal* נֶהְדַּר honore affectus fuit. *Chald. Pahel* הַדַּרְתְּ honore affecisti, glorificasti: הַדְּרֵת glorificavi: *part.* מְהַדַּר glorifico. *Hithpahel,* הִתְהַדַּר glorificatus fuit, gloriam sibi arrogavit.

הָדָר, הֶדֶר m. הֲדָרָה f. honor, decus, decor, majestas, הַדְרָא *Chald. idem.*

הֲדוּרִים *m. plur.* tortuosa, inæqualia: *ex usu linguæ Chaldaicæ.*

*הָהּ ah, *dolentis vox naturalis.*

*הוּא *m.* ille, ipſe: *plur.* הֵם, הֵמָּה. *Sic Chald.* הוּא *plur.* הִמּוֹ, הִמּוֹן.

הוֹבַד *Chald. vide in* אֲבַד.

*הוֹד *m.* decus, decor, gloria, majeſtas.

*הָוָה fuit. *Chald.* הֲוָה, הֲוָא; *f.* הֲוָת erat illa: הֲוַיְתָ fuiſti: הֲוֵית eram, fui: הֲווֹ fuerunt. *infinit.* לֶהֱוֵא ad eſſendum, *et* לֶהֱוֹן *futur.* תֶּהֱוֶה *et* תֶּהֱוֵא erit.

הוָֹה *f.* ærumna, pravitas.

הַוָּה *f. idem*: *item,* ſubſtantia, facultates, opes: *plur.* הַוּוֹת.

יְהֹוָה exiſtens, ens æternum. Nomen Dei *proprium eſſentiale, quod per* אֲדֹנָי Dominus *redditur.*

*הוֹי hoi, heu, hei, eheu, ah, væ: O heus.

*הוּךְ *Chald.* proficiſci, ire: *inf.* לִמְהָךְ ad proficiſcendum: *futur.* עַד יְהָךְ donec iret.

*הוּם divexavit, turbavit. *Niphal* נָהוֹם tumultuari, turbari. *Hiphil* הֵהִים perſtrepuit, tumultuavit.

מְהוּמָה *f.* ſtrepitus, tumultuatio: *plur.* מְהוּמוֹת, vexationes.

*הוֹן *m.* ſubſtantia, opes.

*הָזָה ſtertere, ſomnolentum eſſe.

*הִי heu, væ: *vel,* planctus, lamentum.

הֵיבַל *Chald. vide in* יְבַל.

*הִיא, הוּא *f.* illa, iſta, ea: *plur.* הֵן, הֵנָּה.

*הָיָה fuit. *Niphal,* נִהְיָה fieri, effici: *item* confici, *quaſi* defieri *dicas,* deficere, auferri.

אֶהְיֶה ehje, nomen Dei proprium, *Exod.* iii.

*הֵיךְ quomodo?

*הֵימִן *Chald. vide in* אָמַן.

*הין *Hiphil* הֵהִין paratus fuit, paratum ſe obtulit, voluit.

הִין hin, *menſuræ in liquidis nomen.*

הֲוִיתִי *Chald. vide in* אָתָה.

*הֵכָל, הֵיכָל *m.* palatium: templum: *plur.* הֵיכָלוֹת, הֵכָלִים.

*הָכַר obfirmavit ſe: הַכָּרָה *f.* obfirmatio, *vel* agnitio, *a* נָכַר.

*הָלְאָה, הלא ultra, ulterius: נַהֲלָאָה *f.* procul diffita.

*הָלַךְ ambulavit, ivit, abivit, adivit, acceſſit. *Niphal* נֶהֱלַךְ abire factus eſt. *Pihel* הִלֵּךְ itavit, ire fecit, deduxit. *Chald. part.* מְהַלֵּךְ obambulans; *plur.* מְהַלְּכִין *Hithpahel,* הִתְהַלֵּךְ itavit, obambulavit.

הֵלֶךְ *m.* itio, ambulatio, fluxus.

הֲלָךְ *m. Chald.* vectigal, tributum.

הֲלִיךְ *m.* הֲלִיכָה *f.* ambulatio, inceſſus: *plur.*

הֲלִיכוֹת.
מַהֲלָךְ *m.* iter, profectio, ambulacrum, via: *plur.* מַהֲלָכִים.
תַּהֲלֻכוֹת *f. plur.* progreſſiones.
*הָלַל inſanire. *Pihel* הוֹלֵל inſanum, ſtultum effecit: הִלֵּל laudavit. *Pyhal,* הֻלַּל laudatus fuit. *Hiphil* הֵהֵל ſplenduit, ſplendere fecit. *futur.* יַאֲהִיל ſplendebit, *Job* xxv. 5. *cum epentheſi Aleph. Hithpahel* הִתְהַלֵּל laudavit, jactavit ſe, gloriatus fuit: הִתְהוֹלֵל inſanivit.
הֵילֵל *m.* Lucifer, ſtella matutina.
הִלּוּל, מַהֲלָל *m.* תְּהִלָּה *f.* laus, laudatio: *plur.* תְּהִלּוֹת, הִלּוּלִים.
הוֹלֵלָה, הוֹלֵלוֹת *f.* inſania.
הַלְלוּיָהּ hallelujah, laudate Dominum, *ex imperativo* הַלְלוּ *et* יָהּ.
נַהֲלוּלִים *m. plur.* laudabilia, laudata.
תָּהֳלָה *f.* lux, ſplendor; laus, ſtultitiæ.
*הָלַם tudit, contudit. הוֹלֶם *m.* tuſio. הֲלוֹם huc, hic: יַהֲלוֹם *m.* adamas. הַלְמוּת *f.* malleus, tudes. מַהֲלֻמוֹת contuſiones.
*הָמָה tumultuari, ſtrepere, perſtrepere.
הֶמְיָה *f.* ſtrepitus.
הָמִים *m. plur.* ſtreperi thraſones, *juxta quoſ-*

dam, unde מֵהֶמְהֶם ex thrafonibus ipforum, *Ezech.* vii. 11. *defective pro* מֵהֶמְיֵהֶם. *Alii*, ex ipfis, *id eft, ex pofteris ipforum, quafi ex geminato pronomine* הֵם: *alii*, ex turba ipforum, *quafi idem cum* הָמוֹן.

הָמוֹן *m.* ftrepitus, tumultus: turba, multitudo, copia: *plur.* הֲמוֹנִים.

הֲמִית ftrepitus, fonitus: אֶל הֲמִיתוֹ ad ftrepitum ejus, *id eft, ejulatum, Prov.* xix. 18. *vel*, ad occidendum eum, *quafi fit infinitivus Hiphil, a* מות.

*המל, הֲמוּלָּה, הֲמֻלָּה *f.* ftrepitus, tumultus.

*הָמַם quaffavit, contrivit.

*הָמַן multiplicari. *infinit.* יַעַן הֲמָנְכֶם propter multiplicari, *vel* multiplicare vos, *Ezech.* v. 7.

*המס, הֲמָסִים *m. plur.* ftipulæ, cremia.

*המר, מַהֲמֹרוֹת *f. plur.* fcrobes, foveæ.

*הֵן en, ecce: an, num? *vide et* הִיא *Chald.* הֵן fi: דִּי הֵן quod fi: הֵן אִיתַי five futurum eft, וְהֵן לָא five non. לָהֵן *Chald. vide fuo loco.*

הִנֵּה ecce: הִנּוֹ ecce.

הֵנָּה huc: הֵנָּה וְהֵנָּה huc et illuc. עַד הֵנָּה, *contracte* עֲדֶנָּה huc ufque.

*הִסָּה *Pihel*, ſiluit, tacuit. *Ex Hiphil* וַיַּהַס et ſilere fecit, compeſcuit, *Num.* xiii. 31.
*הָפַךְ vertit, mutavit: verſus, *vel* mutatus fuit. *Niphal*, נֶהְפַּךְ verſus, mutatus fuit, vertit ſe. *Hophal* הָהְפַּךְ *idem*. *Hithpahel* הִתְהַפֵּךְ *idem*.
הֵפֶךְ *m*. diverſum, contrarium.
מַהְפֵּכָה הֲפֵכָה *f*. ſubverſio.
הֲפַכְפַּךְ verſatilis. מַהְפֶּכֶת *f*. cippus.
תַּהְפֻּכָה *f*. perverſitas: *plur*. תַּהְפֻּכוֹת.
*הֹצֶן, הצן *m*. currus falcatus.
*הָרַג occidit, interfecit. *Niphal* נֶהֱרַג occiſus fuit. *Pyhal* הֹרַג *idem*.
הֶרֶג *et* הֲרֵגָה *f*. occiſio, interfectio.
*הָרָה concepit. *Pyhal* הֹרָה conceptus fuit.
הוֹרֶה *m*. genitor: *plur*. הֹרִים.
הוֹרָה *f*. genitrix.
הָרָה, הָרִיָּה *f*. gravida, prægnans: *plur*. הָרוֹת.
הֵרוֹן, הֵרָיוֹן *m*. conceptus.
*הַרְהֵר *Chald*. cogitavit. הִרְהוּר, הַרְהוּר *m*. cogitatio: *plur*. הַרְהֹרִין *Dan*. iv. 2.
*הרם, הַרְמוֹן *m*. palatium, arx.
*הָרַס *et in Pihel* הֵרֵס diruit, deſtruxit, demolitus eſt: ſubvertit, pervertit. *Niphal* נֶהֱרַס deſtrui.

הֶרֶס *m.* הֲרִיסוּת *f.* deſtructio.
*הָרָר, הֶרֶר, הָר *m.* mons: *plur.* הָרִים, הֲרָרִים.
הֲרָרִי *m.* montanus, *juxta quoſdam.*
*הֵתֵל ludificavit, deluſit, illuſit. *Dicitur autem ſic pro* הִתֵּל. *Pyhal,* הוּתַל illuſus fuit.
הֲתֻלִּים *m.* מַהֲתַלּוֹת *f. plur.* ludificationes.
*התת *Pihel* הוֹתֵת prava moliri, ærumnas machinari. *Quidam deducunt a nomine* הַוָּה.

ו.

*וָו *m.* uncinus, uncus: *plur.* וָוִים.

ז.

*זְאֵב *m.* lupus: *plur.* זְאֵבִים.
זֹאת *vide infra in* זֶה.
*זבב, זְבוּב *m.* muſca: *plur.* זְבוּבִים.
*זָבַד donavit. זֶבֶד *m.* donatio, donum.
*זָבַח mactavit, ſacrificavit. *Pihel* זִבֵּחַ.
זֶבַח *m.* ſacrificium, mactatio: *plur.* זְבָחִים.
זִבְחָה *f.* ſacrificatio.

מִזְבֵּחַ *m.* altare : *plur.* מִזְבְּחוֹת.

*זָבַל habitavit, cohabitavit.

זְבוּל *m.* זְבוּלָה *f.* habitaculum, habitatio.

*זְבַן *Chald.* emit, redemit : *partic.* זָבְנִין redimentes, *Dan.* ii. 8. *Pahel,* זַבֵּן vendere.

*זָג *m.* cortex, cutis uvarum.

*זֶה hic, iſte, hoc, iſtud. בָּזֶה in hoc : hic : מִזֶּה ex hoc, ab hoc : *hinc geminatum in eadem ſententia,* hinc, illinc. זֹה, זוֹ, זאת hæc, iſta, hoc, iſtud.

*זָהָב *m.* aurum ; aureus nummus, *metaphorice,* ſerenitas, *Job* xxxvii. 22. aureus liquor.

*זִהֵם faſtidivit, deteſtatus eſt, *tanquam ſordidum et inquinatum.*

*זהר *Hiphil* הִזְהִיר ſplenduit, fulſit : *metaphorice,* monuit, admonuit. *Niphal* נִזְהַר admoneri.

זֹהַר *m.* ſplendor.

זְהִירִין *m. plur. Chald.* moniti, cauti. *Eſr.* iv. 22.

זוּ hic, hæc, hoc : hi, iſti.

זִו *vide infra in* זִיו.

*זוּב fluxit, profluxit. *Specialiter dicitur etiam de fluxu ſeminis virilis et ſanguinis mu-*

liebris. Unde זָב fluens, gonorrhœa affectus : זָבָה profluvio ſanguinis affecta.

זוֹב *m.* fluxus, profluvium.

*זוּד ſuperbivit, ſuperbe, arroganter egit. *Hiphil* הֵזִיד *idem. Chald. infin.* לַהֲזָדָה ad ſuperbe agendum, *Dan.* v. 20.

זֵד *m.* ſuperbus, arrogans, *plur.* זֵדִים *et ſubſtantive,* ſuperbia, ſuperba facta.

זֵדוֹנִים ſuperbi : זָדוֹן *m.* ſuperbia.

*זוה, זָוִיּוֹת *f. plur.* anguli. מְזָוִים *m. plur. idem : et metonymice,* cellæ, promptuaria, penuaria angulorum.

*זוז, מְזוּזָה *f.* poſtis: *plur.* מְזוּזוֹת.

*זוּל vile, vilis pretii eſſe, vilipendere, viliter expendere. *Hiphil* הֵזִיל vilipendere, vilefacere.

זוֹלֵל *m.* vilis : *f.* זוֹלְלָה *vide* זלל.

זְלָה *f.* vilitas, vilis res : *plur.* זְלוֹת. *Eſt autem* זְלָה *pro* זוּלָה.

*זוּן *Chald.* paſcere, alere, ſuſtentare. *Ithpehal, futur.* יִתְּזִין aletur, *Dan.* iv. 9.

זַן *m.* alimentum, cibus, *cum Pathach loco Kametz : vide et infra.*

זוֹנָה *f.* caupona, hoſpita, *quaſi* cibatrix *dicta. Aliter vide in* זָנָה. *Item* זֹנוֹת *in* זין.

מָזוֹן *m.* alimentum, commeatus, cibus.

מוּזָנִים *m. plur.* bene paſti, *Jer.* v. 8. *Legitur nunc* מְיֻזָּנִים armati, fortiter inſtructi.

*זוּעַ movere, commovere ſe, moveri. *Chald. partic.* זָאְעִין *quod legendum* זָיְעִין trementes, *Dan.* v. 19. *Pihel* זַיֵּעַ commovere.

זְוָעָה *et per tranſpoſitas literas* זַעֲוָה *f.* commotio.

*זוּר alienari, abalienare ſe: premere, comprimere; comprimi, exprimi. *Niphal* נָזוֹר abalienatus fuit, *vel* abalienavit ſe. *Hophal partic.* מוּזָר alienus factus.

זָר *m.* alienus, extraneus: *plur.* זָרִים. *f.* זָרָה, *plur.* זָרוֹת.

זָרָא *m.* faſtidium, nauſea.

מָזוֹר *m.* vulnus, ulcus: compreſſio, curatio, ſanatio vulneris.

*זחח *Niphal* נָזַח tolli, attolli, extolli. *fut.* יִזַּח attollitor, *id eſt,* ſeparator, *Exod.* xxviii. 28.

*זָחַל timuit, veritus fuit: *item,* repere, reptare, ſerpere, *ex Chaldaicæ linguæ uſu, unde* זֹחֲלֵי אֶרֶץ reptilia terræ.

*זִיו *m. Chald.* ſplendor, fulgor: *plur.* זִיוָיךְ ſplendores tui, *Dan.* v. 10.

*זִו Sif, nomen menſis Aprilis, *a* ſplendore *arborum ſic dicti.*

*זִיז *m.* ſplendor: מִזִּיז כְּבוֹדָהּ ex ſplendore gloriæ ejus, *Jeſa.* lxvi. 11. *item,* feræ, *aut* certæ ſpeciei nomen.

*זְיָן, זְיָנָא *Chald.* arma. *Hinc Hebraice* זֹנוֹת arma, 1 *Reg.* xxii. 38. אֲבָזִים *idem.*

*זִיק *m.* ſcintilla: malleolus: faſciculus, laqueus piceus: *plur.* זִקִּים ſcintillæ, *et f.* זִיקוֹת.

*זַיִת *c.* olea, oliva, olivetum: *plur.* זֵיתִים.

*זָכָה purum, mundum eſſe, purum pronunciare. *Pihal* זִכָּה purificare. *Hithpahel* הִזַּכָּה purificare ſe.

זָכוּ, זְכוּת *f. Chald.* puritas. *Dan.* vi. 22.

זַכַּי, זַכָּאי *Chald.* purus, innocens, juſtus.

*זָכַךְ purum, mundum eſſe. *Hiphil* הֵזֵךְ emundavit.

זַךְ purus, mundus: *f.* זַכָּה.

זְכוֹכִית *f.* gemmæ nitidiſſimæ nomen. *Hebræis communiter eſt,* vitrum, *unde* כְּלִי זְכוֹכִית vas vitreum.

*זָכַר recordatus fuit, memor fuit, meminit: odoratus eſt, *de ſacrificiis uſurpatum. Niphal,* נִזְכַּר commemorari, memoriam fieri,

in memoria eſſe: *item,* maſculari, maſculum producere, *Exod.* xxxiv. 19. *Hiphil* הִזְכִּיר recordari fecit, memoravit, commemoravit, memoriam conſtituit, in memoriam revocavit: adolevit, *de ſacrificiis dictum.*

זֵכֶר, זֶכֶר *m.* memoria, memoriale: odor.

זָכָר *m.* mas, maſculus: *plur.* זְכָרִים.

זָכוּר *m.* maſculinum, mas.

זִכָּרוֹן, זִכְרוֹן *m.* memoria, monimentum: *plur.* זִכְרֹנוֹת, זִכְרוֹנִים.

אַזְכָּרָה *f.* memoriale, ſuffimentum.

*זלג, מַזְלֵג *m.* fuſcina: *plur.* מִזְלָגוֹת.

*זלל, זֹלֵל *m.* epulo, commeſſator; *plur.* זוֹלְלִים *Vide et ſupra in* זול.

זַלְזַלִּים *m. plur.* flagella in vitibus, *ſic dicta, quod quaſi* epulones *ipſarum ſint.*

*זַלְעָפָה *f.* preſter, procella: *plur.* זַלְעָפוֹת.

*זלת, זוּלַת, זוּלָת præter, niſi, excepto: זוּלָתִי præter me, *in quo et aliquando* י *paragogicum.*

*זָמַם cogitavit, molitus, machinatus fuit.

זָמָם *m.* molitio, cogitatio ſcelerata.

זִמָּה *f. idem: plur.* זִמּוֹת.

מְזִמָּה *f. idem: item,* ſolertia.

*זְמַן *Chald.* parare, præparare. *Ex Hithpahel, præter.* הִזְדַּמִּנְתּוּן præparatis vos, *Dan.* ii. 9. *Pyhal,* עִתִּים מְזֻמָּנִים tempora præparata, deſtinata, *Neh.* x. 34. *f.* מְזֻמָּנוֹת.

זְמָן *m.* tempus, *proprie, deſignatum et condictum. plur.* זְמַנִּים.

זְמַן, זִמְנָא *Chald. idem : plur.* זִמְנִין *et* זִמְנַיָּא.

*זָמַר putavit, præcidit. *Niphal,* נִזְמַר putari. *Pihel* זִמֵּר pſallere.

זָמִיר *m.* זְמִירָה, זִמְרָה cantus, cantio.

זַמָּר *m. Chald.* cantor, muſicus.

זְמָרָא *Chald.* cantio, muſica.

זְמֹרָה *f.* palmes, ſurculus, propago.

מִזְמוֹר pſalmus.

מַזְמֵרוֹת *f. plur.* falces vinitoriæ.

*זַן *Chald.* ſpecies, *ſæpe in Targum pro Hebræo* מִין *ponitur :* כָּל זְנֵי omnes ſpecies. *Hinc* מִזַּן אֶל־זַן de ſpecie in ſpeciem, *Pſalm.* cxliv. 13. *id eſt, omnis generis commeatus.*

*זָנָב *m.* cauda : *plur.* זְנָבוֹת.

זִנֵּב decaudare, caudam amputare.

*זָנָה ſcortari, *Pyhal* זֻנָּה ſcortari peracta fuit. *Hiphil* הִזְנָה ſcortatus fuit, *vel* ſcortari fecit.

זוֹנָה *f.* ſcortum, meretrix: *plur.* זוֹנוֹת.
זְנוּת *f.* ſcortatio: *plur.* זְנוּתִים.
תַּזְנוּת *f. idem: plur.* תַּזְנוּתִים.
זְנוּנִים *m. plur.* ſcortationes.
*זָנַח deſeruit, abjecit, rejĕcit, repulit. *Hiphil* הִזְנִיחַ *idem.*
*זִנֵּק exſiliit, ſubſiliit.
*זָעָה *vide in* יָזַע, זַעֲוָה *vide in* זוּע.
*זעך *Niphal* נִזְעַךְ exſtingui.
*זָעַם indignatus, deteſtatus fuit, ſprevit. *Niphal,* נִזְעָמִים indignabundi.
זַעַם *m.* indignatio.
*זָעַף indignatus, perturbatus fuit.
זָעֵף *m.* indignabundus. זַעַף *m.* indignatio.
*זָעַק clamavit, exclamavit. *Chald.* זְעַק. *Niphal* נִזְעַק conclamari, convocari. *Hiphil* הִזְעִיק exclamavit, accerſivit, convocavit.
זְעָקָה *f.* clamor.
*זְעֵר, מִזְעָר paullum, pauxillum, pauculum, pauliſper, parum.
זְעֵיר *Chald.* parvus: *f.* זְעֵירָה parva.
*זפת, זֶפֶת *f.* pix.
*זָקֵן ſenuit, conſenuit. *Hiphil* הִזְקִין *idem.*
זָקֵן *m.* ſenex: *plur.* זְקֵנִים. *f.* זְקֵנָה *plur.* זְקֵנוֹת.

זֹקֶן, זִקְנָה, זְקוּנִים senectus, senium.

זָקָן c. barba.

*זָקַף erexit. *Chald.* וּזְקִיף et erigatur, *Esr.* vi. 11.

*זָקַק fudit, effudit, liquavit. *Pihel* זִקֵּק liquavit, purgavit, defæcavit. *Pyhal* מְזֻקָּק purgatum, defæcatum.

זִקִּים m. *plur.* catenæ, compedes: *et cum* א *quiescente* בָּאזִקִּים cum compedibus, *Jer.* xl. 1.

*זָרַב diffundi, diffluere: *Pyhal* זֹרַב *idem.*

*זָרָה *et in Pihel* זֵרָה ventilavit, sparsit, dispersit. *Niphal* נִזְרָה *et Pyhal* זֹרָה ventilatus, sparsus fuit.

זֵר m. limbus, corona.

זָרָא f. dispersio: *vide in* זור.

זָר m. ventilator: *plur.* זָרִים.

מִזְרָה m. ventilabrum.

*זַרְזִיף m. irrigatio, stillatio, stilla.

*זַרְזִיר m. lelaps, vertagus, canis venaticus: *aliis,* gallus: *aliis,* accinctus, *a superiori verbo* זָרַז, *et,* accinctus lumborum, *sive* lumbis, *id est, equus generosus, Prov.* xxx. 31.

*זָרַח oriri, exoriri.

זֶרַח, מִזְרָח *m.* ortus, oriens.
אֶזְרָח *m.* indigena.
*זָרַם inundavit. *Pihel,* זֹרֵם exundavit.
זֶרֶם *m.* inundatio. זִרְמָה *f.* fluxus.
*זָרַע ſeminavit, ſevit, conſevit. *Niphal* נִזְרַע ſeminari. *Pyhal* זֹרַע *idem. Hiphil* הִזְרִיעַ ſementavit, ſemen produxit.
זֶרַע *m. Chald.* זְרַע ſementis : *plur.* זְרָעִים.
מִזְרַע *m. idem.*
זֵרוּעַ *m.* ſativum : *plur.* זֵרוּעִים.
זְרוֹעַ, אֶזְרוֹעַ *f.* brachium, lacertus, armus : *plur.* זְרֹעִים, זְרֹעוֹת.
זֵרֹעִים, זֵרְעֹנִים *m. plur.* legumina.
*זָרַק ſparſit, aſperſit, inſperſit, conſperſit. *Pyhal* זֹרַק ſpargi.
מִזְרָק *m.* crater, phiala : *plur.* מִזְרָקִים, מִזְרָקוֹת crateres.
*זרר, זוֹרֵר *Pihel* ſternutare.
*זֶרֶת *m.* ſpithama, *menſura duodecim digitorum.*

ח.

*חבא *Hiphil* הֶחְבִיא abſcondit, abdidit, occultavit. *Hophal* הָחְבָּא, *Niphal* נֶחְבָּא, *Py-*

hal חֲבָא, *Hithpahel* הִתְחַבָּא abſcondi, abdi, abſcondere ſe, latitare.

חֵבָא ſinus, *quaſi* reconditorum *dictus*.

מַחֲבֶא *m.* abſconſio.

מַחֲבֹאִים *m. plur.* latibula, latebræ.

*חָבַב dilexit. *infin.* בְּחֻבִּי in diligere me, præ dilectione mei, *Job.* xxxi. 33. *vel*, in ſinu meo, *a* חֵבָא, *eliſo* א.

*חָבָה latitavit, abſcondit ſe.

חֶבְיוֹן *m.* abſconſio, latibulum.

*חָבַט excuſſit, decuſſit. נֶחְבַּט excuti.

*חָבַל pignoratus eſt, in pignus accepit: *item*, corrupit, corrupte egit, perdidit, deſtruxit, *ex uſu Chaldaico. Niphal* נֶחְבַּל corrumpi. *Pihel* חִבֵּל corrupit, perdidit: parturivit, enixa eſt. *Pyhal* חֻבַּל perdi. *Chald.* חַבְּלוּנִי perdiderunt, læſerunt me, *Dan.* vi. 22. *infin.* לְחַבָּלָא ad deſtruendum, *Eſr.* vi. 12. *imper.* וְחַבְּלוּהִי et perdite eam, *Dan.* iv. 20. *Hithpahel, futur.* תִּתְחַבַּל deſtruetur, *Dan.* iv. 44.

מָקוֹר *m.* ſcaturigo, fons, profluvium.

*קוּשׁ tendiculam ponere: *convenit cum* יָקַשׁ.

*קטב, קֶטֶב *m.* lues, exitium, excidium.
קְטוֹב *m. idem.*
*קָטַל interficere, interimere, occidere, enecare. *Chald. idem. partic.* הֲוָה קָטֵל fuit occidens, *Dan.* v. 19. *Paſſivum Pehil,* קְטִיל interfectus fuit, *Dan.* v. 30. *f.* עַד דִּי קְטִילַת donec interfecta eſſet, *Dan.* vii. 11. *Pahel* קַטֵּל הִמּוֹן interfecit eos, *Dan.* iii. 22. *infin.* לְקַטָּלָה ad interficiendum, *Dan.* ii. 14. *Ithpehal, partic.* מִתְקַטְּלִין interficerentur, *Dan.* ii. 13.
קֶטֶל *m.* occiſio.
*קָטֹן parvum, minorem, imparem eſſe. *Hiphil* הִקְטִין minuere, minus reddere.
קָטֹן *m.* parvus, minor, minimus.
קָטָן *m. idem : plur.* קְטַנִּים. *f.* קְטַנָּה parva: *plur.* קְטַנּוֹת.
*קָטַף decerpere, decidere. *Niphal* נִקְטַף decerpi.
*קִטֵּר *Pihel* adolere, ſuffire, ſuffumigare, ſuffitum, fumum facere. *Pyhal* קֻטַּר ſuffumigari. *Hiphil* הִקְטִיר adolere, *ut ante.* *Hophal* הָקְטַר adoleri.
קִטֵּר *m.* קְטוֹרָה, קְטֹרֶת *f.* ſuffitus.
קִיטוֹר *m.* fumus, exhalatio.

קְטוּרָה ligatum, *ex uſu Chaldaico, ut mox ſequitur: plur.* קְטוּרוֹת. *Quidam,* caminata, caminis, fumariis inſtructa.

מִקְטָר *m.* מִקְטֶרֶת ſuffimentum, thymiaterium, thuribulum.

מְקַטְּרוֹת *f. plur.* aræ thurariæ.

*קְטַר *Chald.* ligare, colligare, *ortum ex Hebræo* קָשַׁר, *literis* ש *et* ט *permutatis.*

קִטְרִין *m. plur.* nodi, vincula, *Dan.* v. 12.

*קַיִט *m. Chald.* æſtas, *Dan.* ii. 35. *ex Hebræo* קַיִץ, *literis* צ *et* ט *pro more permutatis.*

*קַיִן *m.* lancea, 2 *Sam.* xxi. 16.

*קַיִץ *vide ſupra in* קוּץ.

קִיקָיוֹן, קיק *m.* ricinus, *Jonæ* iv. 6.

*קִיר *m.* paries, murus: *plur.* קִירוֹת.

קַרְקַר *Pihel* deſtruere murum.

*קָל *m. Chald.* vox, ſonus: *ex Heb.* קוֹל.

*קָלָה aſſare, torrefacere. *Niphal* נִקְלָה vileſcere, vilipendi, vilem haberi. *Hiphil* הִקְלָה vilipendere.

קָלִי *m.* toſtum: *et cum Aleph* קָלִיא.

קָלוֹן *m.* vilitas, levitas, ignominia. קִיקָלוֹן, *vide ſupra in* קוֹא.

*קלח, קַלַּחַת *f.* lebes, ahenum.

*קָלֻט, קָלוּט m. contractus, curtus membro uno.

מִקְלָט m. asylum, receptus, refugium.

*קָלַל levari, levem, velocem esse: vilescere, vilem esse *vel* haberi. *Niphal* נָקַל levem, vilem se reputare, abjicere, leviculum, levem fieri *aut* haberi. *Pihel* קִלֵּל maledicere, blasphemare, exsecrari: *geminata prima radicali* קִלְקֵל lævigare, tergere, expolire. *Pyhal* קֻלַּל maledici. *Hiphil* הֵקֵל levare, allevare, elevare: leve, vile reddere, vilipendere. *Hithpahel* הִתְקַלְקֵל levare, leviter movere se.

קַל m. velocitas.

קָלָל m. tersum, politum.

קְלָלָה f. maledictio, exsecratio.

קְלוֹקֵל m. vilissimus, *Num.* xxi. 5.

*קִלֵּס *Pihel* ludificare, eludere. *Hithpahel* הִתְקַלֵּס illudere.

קֶלֶס m. קַלָּסָה f. ludificatio.

*קָלַע sculpere, incidere. *Pihel* קִלַּע funda mittere *vel* projicere.

קֶלַע m. funda: *plur.* קְלָעִים, fundæ: *item* tapetes ocellati, variis figuris *quasi* incisi: *item* valvæ, *sic dictæ quia incisæ*

per medium.

מִקְלַעַת *f.* incifura : *plur.* מִקְלָעוֹת.

*קלשׁ, קִלְשׁוֹן *m.* furca.

*קֶמַח *m.* farina.

*קָמַט corrugare, rugas obducere. *Pyhal* קֻמַּט corrugari.

*קָמַל languere, exarefcere, marcefcere.

*קָמַץ collegit in pugillum.

קֹמֶץ *m.* pugillus, manipulus: *plur.* קְמָצִים.

*קמשׁ, קִמּוֹשׂ, קִימוֹשׂ *m.* carduus.

קִמְּשׂוֹנִים *m. plur.* cardui.

*קִנֵּא *Pihel* zelotypum effe, zelo affici, zelo profequi aliquem: ad zelum movere. *Cum* ל *conftructum in bonum fumitur, fed cum* ב *in malum, pro* invidere, æmulari. *Hiphil* הִקְנִיא zelare fecit, ad zelotypiam commovit.

קַנָּא, קַנּוֹא *m.* zelotes.

קִנְאָה *f.* zelotypia, zelus, invidia, æmulatio: *plur.* קְנָאוֹת.

*קָנָה comparare, emere, acquirere, acquifitum poffidere. *Niphal* נִקְנָה comparari, emi. *Hiphil* הִקְנָה acquirere, poffidere fecit, *vel juxta alios,* pecuarium fecit, pecoribus cuftodiendis præfecit, *Zach.* xiii. 5. *ex fig-*

nificatione nominis *derivati, quod* pecus *ſignificat.*

קֹנֶה *m.* poſſidens, poſſeſſor, emptor.

קָנֶה *m.* canna, calamus, culmus, arundo, calamus odoratus, calamus menſorius, ſcapus ſtatere: *plur.* קָנִים *et* קָנוֹת.

קִנְיָן *m.* poſſeſſio, acquiſitio, negotiatio: *plur.* קִנְיָנִים.

מִקְנֶה *m.* pecus, poſſeſſio: *plur.* מִקְנִים.

מִקְנָה *f.* acquiſitio, emptio, poſſeſſio.

*קנם, קִנָּמוֹן *m.* cinnamomum.

*קִנֵּן *Pihel* nidificare. *Pyhal* קֻנַּן nidificari facta eſt.

קֵן *m.* nidus; *plur.* קִנִּים.

*קנץ, קִנְצִים *m. plur.* fines: *vide et* קֵצֶץ.

*קָסַם divinare.

קֶסֶם, מִקְסָם *m.* divinatio.

*קסת, קֶסֶת *m.* atramentarium.

*קַעְקַע *m.* ſtigma.

*קער, קְעָרָה *f.* ſcutula, ſcutella: *plur.* קְעָרוֹת.

*קָפָא concreſcere, coagulari. *Hiphil* הִקְפִּיא coagulare.

קִפָּאוֹן *m.* concretio, denſitas.

*קִפֵּר præcidere.

קִפּוֹד *m.* anataria, *aquilæ ſpecies: alii aliter*

explicant, nunc ericium, *nunc*, noctuam.

קְפָּדָה *f.* excidium.

*קִפּוֹז, קִפּז *m.* merula. *Quidam volunt idem esse quod* קִפֹּד.

*קָפַץ occludere, obdere. *Niphal* נִקְפַּץ occludi. *Pihel* קִפֵּץ subsilire, subsultare.

*קָצַב præcidere, tondere.

קֶצֶב *m.* præcisio, cæsura: *plur.* קְצָבִים.

*קָצָה succidit, præcidit, amputavit, decurtavit, detruncavit. *Pihel* קִצָּה *idem. Hiphil* הִקְצָה decidere, abradere.

קֵצֶה, קָצֶה *m.* finis, extremum, extremitas: *plur.* קָצִים.

קָצָה *f, idem*: *plur.* קָצוֹת.

קְצָוִים *m.* קְצָוֹת *f. plur.* extremitates.

קִיצוֹנָה *f.* extrema, ulterior.

קְצָת, מִקְצָת *Chald.* pars, finis: מִן קְצָת ex parte, *Dan.* ii, 42. לִקְצָת יַרְחִין ad finem mensium, *Dan.* iv. 26. וּמִקְצָת כְּלֵי et partem vasorum, quædam vasa, *Dan.* i. 2.

*קֶצַח *m.* melanthion, nigella.

*קָצִן, קָצִין *m.* dux, princeps: *plur.* קְצִינִים.

*קצע *Hiphil* הִקְצִיעַ tectorium parietis abrasit *vel* detraxit, tectorio nudavit. *Hophal part.* מְהֻקְצָעוֹת angulata, angulos habentia.

קְצִיעוֹת *f. plur.* caſia, *Chaldæus utitur hac voce pro Hebræa* קִדָּה caſia.

מִקְצוֹעַ *m.* angulus : *plur.* מִקְצֹעִים *et* מִקְצֹעוֹת.

מְהֻקְצָעוֹת *f. plur. idem.*

מַקְצֻעוֹת *f. plur. idem* : *vel* aſciæ.

*קָצַף efferveſcere, ſpumare : *metaph.* ira efferveſcere. *Hiphil* הִקְצִיף ad iram provocavit : ira efferveſcere fecit. *Hithpahel* הִתְקַצֵּף efferbuit.

קֶצֶף *m.* ſpuma : ira fervens, fervor.

קְצַף *m. Chald.* ira, *Eſr.* vii. 23.

קְצָפָה *f.* ſpuma : *vel* clavus, fungus.

*קָצַץ amputare, truncare, mutilare. *Pihel* קִצֵּץ *idem. Chald.* וְקַצִּצוּ et amputare, *Dan.* iv. 11. *Pyhal* קֻצַּץ mutilari.

קֵץ *m.* finis, extremum : *plur.* קִנְצֵי fines, *forma Chaldaica pro* קִצֵּי. *nam Dageſch ipſis ſæpe in Nun reſolvitur.*

*קָצַר abbreviari, decurtari, breve, curtum eſſe *vel* fieri, anguſtari, imminui : metere, demetere. *Pihel* קִצֵּר *et Hiphil* הִקְצִיר decurtare.

קָצֵר *m.* brevis, curtus : *plur.* קְצֵרִים.

קֹצֶר *m.* brevitas, immunitio, anguſtia.

קָצִיר *m.* meſſis : ramus : *plur.* קְצִירִים.

*קָרָא vocavit, invocavit, accerſivit, invitavit; clamavit, exclamavit, proclamavit. *Item* evenit, obvenit, occurrit, *quæ ſignificatio ad* קָרָה *pertinet: item* legit, *quando ad librum vel ſcripturam refertur. Niphal* נִקְרָא vocari, invocari. *Pyhal* קֹרָא *idem. Ex Hiphil eſt* וַתַּקְרֵא feciſti ut eveniret, *Jer.* xxxii. 23. *quod eſt a* קָרָה, *literis* א *et* ה *permutatis.*

קְרָא *Chald. idem. partic.* וְכָרוֹזָא קָרֵא et præco clamavit, *Dan.* iii. 4. *partic. præter.* קְרִי קֳדָמַי lecta eſt coram me, *Eſr.* iv. 18. *infin.* לְמִקְרֵא ad legendum, *Dan.* v. 8. *fut.* כְּתָבָא אֶקְרֵא ſcripturam iſtam legam, *Dan.* v. 17. *Et cum He,* דִּי יִקְרֵה qui legerit, *Dan.* v. 7. *Ithpehal futur.* יִתְקְרֵי vocatur, *Dan.* v. 12.

קֹרֵא *m.* perdix. 1 *Sam.* xxvi. 20.

קְרִיאִים *m. plur.* vocati, convocati.

קְרִיאָה *f.* lectio, prædicatio, proclamatio.

קְרָאָה *vide infra in* קָרָה.

מִקְרָא *m.* convocatio: Scriptura ſacra, Biblia, *ſic dicta, quod legi debent, Neh.* viii. 8. *plur.* מִקְרָאִים convocationes.

*קָרַב appropinquare, accedere. *Niphal* נִקְרַב

prope accedere, ſiſtere ſe. *Pihel* קֵרֵב appropinquare, accedere fecit, admovit: *interdum* appropinquare, accedere. *Hiphil* הִקְרִיב appropinquare fecit, obtulit, admovit: amovit, *quando ſequitur præpoſ.* מִן. *Item ſequente alio verbo eſt*, appropinquare.

קְרֵב *Chald. idem:* קִרְבֵת acceſſi, *Dan.* vii. 16. קְרֵבוּ acceſſerunt, *Dan.* iii. 8. *infin.* וּכְמִקְרְבֵהּ et ſecundum appropinquare eum, *Dan.* vi. 20. *Pahel futurum* וּתְקָרֵב et offeres illa, *Eſr.* vii. 17. *Aphel* וְהַקְרִבוּ et obtulerunt, *Eſr.* vi. 17. וְהַקְרְבוּהִי et accedere juſſerunt eum, *Dan.* vii. 13. *particip.* מְהַקְרְבִין offerentes, *Eſr.* vi. 10.

קָרֵב *m.* propinquus: *plur.* קְרֵבִים.

קָרוֹב *m.* propinquus, propinquum, prope: *plur.* קְרוֹבִים. *f.* קְרוֹבָה propinqua, *plur.* קְרֹבוֹת.

קְרָב *m.* prælium, bellum: *plur.* קְרָבוֹת. *Chald.* עָבְדָא קְרָב faciebat bellum, *Dan.* vii. 21. קְרָבָה *f.* acceſſus: *plur.* קְרָבוֹת bella, prælia.

קֶרֶב *m.* medium, intimum: inteſtinum: venter: in, inter, intra: *plur.* קְרָבִים.

*קָרְבָּן *m.* oblatio: *plur.* קָרְבָּנִים.
*קַרְדֹּום *m.* ſecuris: *plur.* קַרְדֻּמִּים, קַרְדֻּמּוֹת.
*קָרָה evenire, obvenire, occurrere, continge-re. *Sæpe pro He habet Aleph. Niphal* נִקְרָה obvium exhibuit ſe, obvium fieri. *Pihel* קֵרָה contignare, contabulare. *Hiphil* הִקְרָה obvenire fecit.
קֹרָה *f.* tignum, trabs: *plur.* קֹרוֹת.
קָרֶה, קְרִי, מִקְרֶה *m.* accidens, eventus, caſus.
קְרָאָה *f.* occurſus.
מְקָרָה *m.* contignatio.
קֶרֶת, קִרְיָה *f.* urbs, civitas. *Chald. idem:* בְּקִרְיֶה in urbe: קִרְיְתָא דָךְ, קִרְיָא מְרָדָא civitas iſta, civitas rebellis eſt, *Eſr.* iv. 10. 15.
*קָרַח glabrare ſe, calvitium ſibi inducere. *Niphal* נִקְרַח glabrari, calvitium induci. *Hiphil* הִקְרִיחַ glabrum, calvum effecit. *Hophal partic.* מֻקְרָח decalvatum.
קֵרֵחַ *m.* calvus. קָרַחַת, קָרְחָה *f.* calvitium.
קֶרַח, קֹרַח *m.* gelu, glacies, cryſtallum.
*קָרַם ſuperindere, obducere.
*קָרַן radiare, ſplendere. *Hiphil* הִקְרִין cornua produxit, *ex nomine derivato.*
קֶרֶן *c.* cornu: *metaphorice* robur, *quod* cor-

nua *ſunt animalium* robur: *dual.* קְרָנַיִם, קַרְנַיִם, *quia proprie duo cornua animalia geſtant. f.* קְרָנוֹת.

קֶרֶן, קַרְנָא *Chald. idem: plur.* קַרְנַיִן *et* קַרְנַיָּא.

*קָרַס reflexum eſſe.

קְרָסִים *m. plur.* anſulæ, *a* reflexa *forma.*

*קַרְסֹל *m.* talus, malleolus pedis: *plur.* קַרְסֻלַּיִם.

*קָרַע rumpere, lacerare. *Niphal* נִקְרַע rumpi, findi, lacerari.

קְרָעִים *m. plur.* rupturæ, rupta, fragmenta, lacera veſtimenta.

*קָרַץ incidere, concidere: nictare, annuere. *Pyhal* קֹרַץ excidi, decidi.

קֶרֶץ *m.* excidium.

קְרַע, קַרְצָא, קְרַצַּא obtrectatio, delatio, calumnia, crimen, accuſatio, *quaſi honoris alterius* exciſio.

*קַרְקַע *m.* ſolum, fundum, pavimentum.

*קָרַר frigeſcere.

קֹר *m.* קָרָה *f.* frigus.

קָר *m.* frigidus; *plur.* קָרִים.

מְקֵרָה *f.* refrigeratio.

*קרשׁ, קֶרֶשׁ *m.* aſſer, tabula: *plur.* קְרָשִׁים.

*קשׁא, קִשֻּׁאִים *m. plur.* cucumeres.

מִקְשָׁה *m.* cucumerarium, *cum* ה *loco* א.

*קָשַׁב auſcultavit, attendit, intentus fuit. *Hiphil* הִקְשִׁיב *idem.*

קֶשֶׁב *m.* attentio. קַשֶּׁבֶת *f.* intenta. קַשֻּׁבוֹת attentæ.

*קָשָׁה durum, difficile eſſe. *Niphal* נִקְשָׁה difficultatibus premi. *Pihel* קִשָּׁה difficilem, durum reddidit. *Hiphil* הִקְשָׁה induravit, *et intranſitive,* durum, difficilem præbuit ſe.

קָשֶׁה *m.* durus, difficilis: *plur.* קָשִׁים. *f.* קָשָׁה dura, *plur.* קָשׁוֹת.

קְשִׁי *m.* durities.

מִקְשֶׁה *m.* implexum, intricatum, criſpum.

מִקְשָׁה *f.* ſoliditas, ſolidum, continens opus, *non partibus diſtinctum aut ſeparabile, Exod.* xxv. 31.

*קָשָׂה *f.* ſcutella: *plur.* קָשׂוֹת *et* קְשָׂוֺת *tertia radicali He mutata in Vau.*

*קשח, הִקְשִׁיחַ obduravit, duriter tractavit.

*קֹשֶׁט *m.* veritas. *Chald.* קְשֹׁט, *unde* מִן קְשֹׁט ex veritate, *Dan.* ii. 47.

*קשט, קְשִׂיטָה *f.* agnus, *numi vel monetæ ſpecies cum* agni *figura.*

*קשקש, קַשְׂקֶשֶׂת *f.* ſquama: *plur.* קַשְׂקַשִּׂים.

*קָשַׁר ligavit, colligavit, conjuravit, conſpiravit, ligam fecit. *Niphal* נִקְשַׁר ligari. *Pihel* קִשֵּׁר conſtrinxit, colligavit. *Pyhal* קֻשַּׁר colligari. מְקֻשָּׁרוֹת primitiva oves, *quaſi* colligatæ *dictæ, id eſt,* compacti corporis, *ac ſi omnia membra firmiter* colligata *eſſent, Gen.* xxx. 41. *Hithpahel* הִתְקַשֵּׁר colligare ſe invicem, conjurare.

קֶשֶׁר *m.* conjuratio.

קִשֻּׁרִים *m. plur.* redimicula, alligamenta.

*קָשַׁשׁ inquirere, conquirere, colligere. *Pihel* קֹשֵׁשׁ *idem. Hithpahel* הִתְקֹשֵׁשׁ inquirere in ſeipſum, excutere ſe.

קַשׁ *m.* ſtipula, ſtramen.

*קֶשֶׁת *c.* arcus: *plur.* קְשָׁתוֹת.

קַשָּׁת *m.* arcuarius, ſagittarius.

*קַיתְרוֹס *m. Chald.* cithara, *Dan.* iii. 5. *juxta Hebræos legendum abſque Joth,* קַתְרוֹס.

ר.

*רָאָה vidit, inviſit, prævidit, providit: aſpexit, inſpexit, proſpexit, perſpexit, reſpexit, circumſpexit: *item* expertus eſt, animadver-

tit, percepit. *Ab oculis ad alios ſenſus traducitur. Niphal* נִרְאָה videndum ſe exhibuit *vel* oſtendit, viſus, conſpectus fuit, apparuit. *Pyhal* רְאָה viſus fuit. *Hiphil* הִרְאָה videre fecit, oſtendit, videndum exhibuit. *Hophal* הָרְאָה videri factus eſt, oſtenſus fuit. *Hithpahel* הִתְרָאָה aſpicere ſe mutuo.

רֹאֶה *m.* videns, propheta, *qui antiquitus* videns *vocabatur,* 1 *Sam.* ix. 9. *quod futura per viſiones cognoſceret: item* viſio prophetica.

רָאָה *f.* cornix, *avis a* viſus *acumine dicta.*

רָאִי *m.* aſpectus, viſus, viſio: ſpeculum.

רְאִי *m.* ſpeculum, *quod res* viſui *referat.*

רְאוּת, רְאוּת *f.* aſpectus, viſio.

מַרְאֶה *m.* viſio, aſpectus, vultus, ſpecies, ſpeculum: *plur.* מַרְאִים. *f.* מַרְאָה, *plur.* מַרְאוֹת.

מֻרְאָה *f.* ingluvies, *veſicula gutturis.*

*רְאָם *m.* monoceros, unicornis: *plur.* רְאֵמִים *et contracte* רֵמִים.

*רֹאשׁ *m.* caput: vertex, ſummitas, faſtigium, principium, præcipuum, præſtantiſſimum. *Item* venenum, cicuta, fel, amaror: *plur.*

רָאשִׁים *et* רֹאשִׁים. *f.* רֹאשָׁה caput, capitale, ſummum. *Chald.* רֵאשׁ, רֵאשָׁה, *unde* רֵאשָׁךְ caput tuum, רֵאשְׁהוֹן caput eorum: *plur.* רֵאשִׁים capita, primores. *Et cum Kametz more Hebr.* בְּרָאשֵׁהֹם inter primarios ipſorum, *Eſr.* v. 10.

רִאשׁוֹן *m.* prior, primus. *Eſt et cum Joth loco Aleph,* רִישׁוֹן *Job.* viii. 8. *et cum utraque litera* הֲרִאישׁוֹן num primus, *Job.* xv. 7. *ubi alterutra redundat: plur.* רִאשֹׁנִים, *f.* רִאשׁוֹנָה prior, prima: prius, primum: *plur.* רִאשֹׁנוֹת *f. ex alia forma* רִאשֹׁנִית.

רֵאשִׁית, רֵשִׁית *f.* principium, primum, primitiæ, præſtantiſſimum.

רִאשׁוֹת *f. plur.* primordia.

רַאֲשׁוֹת, מְרַאֲשׁוֹת *f. plur.* cervicalia, pulvinaria.

מַרְאֲשׁוֹת *m. plur.* principatus.

רָבַב* multum, copioſum, plurimum eſſe, multiplicari: *item* jaculari, *quod a* רָבָה *habet. Pyhal partic.* מְרֻבָּבוֹת in myriades auctæ, *Pſal.* cxliv. 13. *a nomine quod* myriadem *ſignificat.*

רַב *m.* multus, magnus, amplus: magiſter, *magis ſciens quam alii:* multum, mag-

num : multum, ſatis : *plur.* רַבִּים multi, magni, magnates : *item* jaculatores. *f.* רַבָּה multa, magna. *plur.* רַבּוֹת. *alia forma, f.* רַבַּת multa, multum, *unde cum Joth paragogico* רַבָּתִי.

רַב, רַבָּא *m. Chald. idem :* וְחֶזְוֵהּ רַב et aſpectus ejus major erat, *Dan.* iv. 20. רַב חַרְטֻמַיָּא magiſter magorum *ver.* 6. לְיַמָּא רַבָּא in mari magno, *ver.* 2. *f.* בָּבֶל רַבְּתָא Babel magna, *Dan.* iv. 27.

רַבְרְבִין *m. plur. Chald.* maximi, plurimi : magnates. *f.* רַבְרְבָן *et* רַבְרְבָתָא.

רֹב *m.* multitudo, amplitudo, maxima pars : *plur.* רֻבִּים.

רִבּוֹ, רִבּוֹא myrias, *multitudo decem millium* : *plur.* רִבֹּאוֹת *et* רִבּוֹת myriades multæ. *Hinc Chald.* רִבּוֹ רִבְוָן myrias myriadum, *Dan.* vii. 19. *quorum poſterius legendum* רִבְבָן.

רְבָבָה *f. idem : plur.* רְבָבוֹת.

רְבִיבִים *m. plur.* imbres.

*רָבַד adornare, inſtruere, ſternere.

רָבִיד *m.* torques.

מַרְבַדִּים *m. plur.* ſtragula, tapetes lectorum.

*רָבָה multum, plurimum eſſe, multiplicari,

augeri, crefcere, magnum effe: *item* jaculari. *Pihel* רִבָּה multiplicare, augere, crefcere facere, educare. *Hiphil* הִרְבָּה *idem.*

רְבָה *Chald. idem.* דִּי רְבִית qui crevifti, *ver.* 19. *pro* רְבֵיתָ *ut legitur Dan.* ii. 31. *f.* רְבָת crevit, *Dan.* iv. 19. *Pihel* רַבִּי magnificavit, *Dan.* ii. 48.

רְבוּתָא, רְבוּת, רְבוּ *f. Chald.* amplitudo, magnificentia, *Dan.* iv. 33. *et* vii. 27.

אַרְבֶּה *m.* locufta, locuftæ, *collective, fic dictæ quia femper* numerofæ *funt.*

הַרְבֵּה multum, plurimum. Eft et imperat.

מַרְבֶּה *idem: eft participium Hiphil: item* amplitudo, *Jefa.* ix. 7.

מִרְבָּה *f.* amplum, *Ezech.* xxiii. 32.

מַרְבִּית *f.* multitudo, amplitudo, magna pars: fœnus, *quafi* augmentum *vel* auctarium *fummæ capitalis dictum*: foboles, *ab educando et crefcendo.*

תַּרְבּוּת *f.* turba, multitudo: foboles, progenies, indoles.

תַּרְבִּית *f.* fœnus.

*רבך *Hophal partic.* מֻרְבֶּכֶת frixum, toftum, *Lev.* vi. 21.

*רָבַע quadratum eſſe *vel* fieri. *item* coire, inire, *et de coitu quadrupedum tantum dicitur. Hiphil* הִרְבִּיעַ facere *vel* ſinere coire.

רֶבַע *m.* quarta pars: accubitus, *ex uſu verbi Chaldaico, quo* רְבַע *idem quod Hebraice* רָבַץ, *literis* צ *et* ע *permutatis: plur.* רְבָעִים quadraturæ.

רֹבַע quarta pars.

רָבוּעַ *m.* quadratum: *plur.* רְבֻעִים.

מְרֻבָּע *m. idem: f.* מְרֻבָּעָה, מְרֻבַּעַת *plur.* תְּרֻבָּעוֹת *quæ ſunt participia ex Pyhal.*

רְבִיעִי *m.* quartus: *plur.* רְבִיעִים *f.* רְבִיעִית quarta, quarta pars. *Chald.* רְבִיעָאָה *pro quo ſcribitur* רְבִיעָיָא *Dan.* ii. 4. quarta, quartum, *et forma emphatica* רְבִיעָיְתָא, *Dan.* vii. 19.

אַרְבַּע *f.* quatuor, quartus, quarta. *Chald. idem, Dan.* vii. 2. *m.* אַרְבַּעַת *et* אַרְבָּעָה *Dan.* iii. 25.

אַרְבַּעְתַּיִם *dual.* quadruplum. *Dualis numerus adhibetur ad differentiam pluralis.*

אַרְבָּעִים *plur.* quadraginta, decies quatuor.

*רָבַץ cubare, accumbere, incumbere, ſuccumbere. *Hiphil* הִרְבִּיץ cubare fecit, col-

locavit.

רֶבֶץ *m.* accubitus, cubile.

מַרְבֵּץ *m. idem.*

*רבק, מַרְבֵּק *m.* ſaginarium.

*רגב, רֶגֶב *m.* gleba: *plur.* רְגָבִים.

*רָגַז commoveri, *ira vel pavore. Hiphil* הִרְגִּיז commovere. *Chald.* הַרְגִּזוּ commoverunt, provocaverunt ad iram, *Eſr.* v. 12. *Hithpahel* הִתְרַגֵּז commoveri.

רַגָּז *m.* commotus, trepidus.

רֹגֶז *m.* רָגְזָה *f.* commotio, ira.

רְגַז *m. Chald. idem.*

אַרְגַּז *vide ſuo loco in* א.

*רָגַל obtrectare, detrahere. *Pihel* רִגֵּל *idem: item* explorare. *Hiphil* הִרְגִּיל aſſuefacere.

רֶגֶל *c.* pes: *dual.* רַגְלַיִם pedes, *bini proprie, ut in bipedibus: ſed quadrupedibus etiam et inſectis multipedibus tribuitur, quod in illis bis bini pedes, aut duo ordines pedum ſint loco duorum. Plures autem pedes ipſis tributi ſunt, quod non erecto, ut bipedes, ſed in tranſverſum ſtrato corpore incedunt. Sic Chald.* רַגְלַיִן *et* רַגְלַיָּא, pedes, *Dan.* ii. 41. *et* vii. 4. רַגְלוֹהִי pedes ejus, בְּרַגְלֵיהּ pedibus ſuis.

רֹגֶל Rogel, *nomen proprium fontis, Jos.* xv. 7. *Quidam* fullonem *explicant, quod is pannos inter lavandum pedibus calcat.*

רַגְלִי *m.* pedes, pedites: *plur.* רַגְלִים *pro* רַגְלִיִּים pedites.

רְגָלִים *m. plur.* vices, tempora, *quibus convenitur.*

*רָגַם lapidare, lapidibus obruere.

רִגְמָה *f.* cœtus.

מַרְגֵּמָה *f.* ballista, funda, *juxta quosdam: vel potius,* acervus, tumulus lapidum.

*רָגַן murmurare, mussitare, susurrare. *Niphal* נִרְגָּן *idem.*

נִרְגָּן *m.* susurro, murmurator.

*רָגַע disrumpere: disrumpi, findi. *Niphal* נִרְגַּע quiescere, quietum esse. *Hiphil* הִרְגִּיעַ *idem, vel* quietum reddidit, quiescere fecit: *item* momentum transegit, *a nomine derivato, quod sequitur.*

רֶגַע *m.* momentum, *quasi* fragmentum *temporis minutissimum : plur.* רְגָעִים.

מַרְגּוֹעַ *m.* מַרְגֵּעָה *f.* requies.

*רָגַשׁ tumultuari, convenire *vel* concurrere cum tumultu. *Chald. ex Aphel* הַרְגִּשׁוּ tumultuose concurrunt, *Dan.* vi.

רֶגֶשׁ *m.* רִגְשָׁה *f.* tumultuatio, tumultuoſa ſocietas, cœtus, conventus frequens.

*רָדַד extendit, expandit, diduxit: ſtravit, ſubſtravit, ſubdidit. *Hiphil* הֵרֵד diduxit.

רְדִיד *m.* carbaſus, peplum muliebre; *plur.* רְדִידִים.

מוֹרָד *m.* diductum, ductum in longum *vel* latum.

*רָדָה dominari, dominatum, dominium exercere: *Pihel* רִדָּה dominari fecit. *Hiphil* הִרְדָּה *idem.*

*רדם *Niphal* נִרְדַּם ſopitum, ſopore obrutum eſſe.

תַּרְדֵּמָה *f.* ſopor.

*רָדַף *Pihel* רִדֵּף perſequi, inſequi, ſectari, inſectari. *Niphal* נִרְדַּף. *Pyhal* רֻדַּף. *Hophal* הָרְדַּף perſecutionem pati. *Hiphil* הִרְדִּיף perſequi fecit, perſequendum curavit.

*רָהַב corroboravit, confirmavit: corroboravit *vel* extulit ſe.

רַהַב, רֹהַב *m.* elatio, ſuperbia: robur, fortitudo: *plur.* רְהָבִים ſuperbiæ, ſuperbi.

*רָהָה timere, formidare.

*רהט, רָהִיט ambulacrum. רְהָטִים ambulacra: *item* canales. *Utrumque ex uſu Chaldaico:*

nam רַהַט *eſt* currere.

*רֵוָא *m. Chald.* aſpectus, forma : וְרֵוֵהּ et forma ejus, *Dan.* ii. 31. *Eſt a* רָאָה.

*רוּב *Hiphil* הֵרִיב litigare, contendere.

רִיב *m.* רִיבָה *f.* lis, contentio, cauſa, controverſia : *plur.* רִיבוֹת.

מְרִיבָה *f. idem.*

יָרִיב *m.* litigator, contendens.

*רוּד dominari. *Hiphil* הֵרִיד plangere.

מָרוּד *m.* planctus, ploratus : *plur.* מְרוּדִים.

*רָוָה inebriari, ubertim expleri, irrigare ſe. *Pihel* רִוָּה irrigavit, inebriavit *vel* inebriatus fuit. *Hiphil* הִרְוָה *idem.*

רָוֶה *m.* irriguus : *f.* רָוָה.

רְוָיָה *f.* irrigua, irriguum, inebrians, exuberans.

רִי *m.* irrigatio, *juxta quoſdam, Job.* xxxvii. 11. *At Ab. Eſra ſcribit eam interpretationem longe petitam eſſe. vide* בָּרָה.

*רָוַח reſpiravit, reſpiratio fuit. *Pyhal part.* מְרֻוָּחִים perſpirata, ſpacioſa, ſpiritum tranſmittentia.

רֶוַח *m.* reſpiratio, ſpatium.

רוּחַ *c.* ſpiritus, ventus, flatus. Spiritus *pro animo, et* ventus *pro plaga mundi, unde*

ventus ſpirat, *ſæpe ſumitur : plur.* רוּחוֹת. *Chald.* רוּחַ, רוּחָא *idem : plur.* רוּחִין, *conſt.* רוּחֵי שְׁמַיָּא venti cælorum, *Dan.* vii. 2.

רַחַת *f.* vannus, pala.

רְוָחָה *f.* reſpiratio.

*רוּם altum, elatum, excelſum eſſe, efferre ſe, efferri, elevari, exaltari. *Pihel* רוֹמֵם exaltare, efferre, extollere. *Pyhal* רוֹמַם exaltari. *Hiphil* הֵרִים exaltavit, extulit, obtulit, ſuſtulit: abſtulit, ſeparavit. *Hophal* הוּרַם elevari, auferri. *Hithpahel* הִתְרוֹמֵם extollere ſe.

רוּם *Chald. idem :* רָם לִבֵּהּ elatus fuit animus ejus, *Dan.* v. 20. *Pahel partic.* מְרוֹמֵם extollens, *Dan.* iv. 34. *Aphel partic.* מֵרִים extollens, *Ithpehal* הִתְרוֹמַמְתָּ extuliſti te, *Dan.* v. 23.

רָם *m.* elatus, altus, celſus, excelſus : *plur.* רָמִים. *f.* רָמָה, *plur.* רָמוֹת. *Eſt et* רָמָה excelſum, locus editior.

רוּם *m.* elatio : *Chald.* רוּמֵהּ altitudo ejus, *Eſr.* vi. 3.

רוֹם *m.* רוֹמָה *f. idem.*

רָמוּת, רוֹמְמוּת altitudo, exaltatio.

רָאמוֹת *f. plur.* ſandaſtri, *gemmæ aut margaritæ ſpecies pretioſæ. Quidam* coralia *interpretantur.*

רוֹמְמָה *f.* excelſa, elata: elatio, exaltatio: *plur.* רוֹמְמוֹת exaltationes.

רוֹמְמוּת *f.* exaltatio.

מָרוֹם *m.* altum, altitudo, celſitudo, excelſum, ſublime: *plur.* מְרוֹמִים excelſa.

תְּרוּמָה *f.* levatio, ſeparatio, ablatio, oblatio: *plur.* תְּרוּמוֹת.

תְּרוּמִיָּה *f.* ſeparatum, ſeparata pars.

*רון exultare: *pertinet ad* רָנַן.

*רוּעַ malum eſſe *vel* videri. *Niphal* נָרוֹעַ malum *aut* pejorem effici *aut* fieri. *Hiphil* הֵרַע malum facere, male agere, malefacere, malo afficere. *Quæ hujus formæ habent Joth in medio, illa pertinent ad* רִיעַ. *Hithpahel* הִתְרוֹעֵעַ amice coli *aut* haberi; *habet formam hinc, ſed ſignificationem a* רָעָה, *vide illic, et præterea alia, quæ hinc eſſe poſſent, pertinent ad* רִיעַ, רָעַע, *vel* יָרַע, *quorum formæ hic confunduntur.*

רֵעַ *vide in* רָעָה *et* רִיעַ.

רַע, רָע *m.* malus: malitia, malum: *plur.* רָעִים *f.* רָעָה *plur.* רָעוֹת.

רוֹעַ *m.* malitia, malignitas.

מֵרַע, מֵרֵעַ *m.* malignus, maleficus: *plur.* מְרֵעִים.

תְּרוּעָה *f. vide in* רִיעַ.

*רוף *Pyhal* רוֹפַף concuti, tundi.

רִיפוֹת *f. plur.* contuſa grana, mola.

תְּרוּפָה *f.* ſanatio, curatio. *Formam hinc habet, ſed ſignificationem a* רָפָא.

*רוּץ currere, accurrere. *Niphal* נָרוֹץ *vide* רָצַץ. *Pihel* רֹצֵץ diſcurrere. *Hithpahel* הִתְרֹצֵץ *vide in* רָצַץ.

רָץ *m.* curſor: *plur.* רָצִים *et* רָצִין.

מֵרוֹץ *m.* curſus.

מְרוּצָה *f. idem: item* concuſſio, contuſio, *quæ ſignificatio eſt a* רָצַץ.

*רוּשׁ pauperari. *Pihel* רוֹשֵׁשׁ depauperare. *Pyhal* רֹשַׁשׁ depauperari. *Hithpahel* הִתְרוֹשֵׁשׁ pauperem ſe fingere.

רָשׁ, רָאשׁ *m.* pauper: *plur.* רָשִׁים *et* רָאשִׁים.

רֵשׁ, רִישׁ, רֵאשׁ *m.* paupertas.

רוש *vide ſupra in* רֹאשׁ.

*רָז, רָזָא *m. Chald.* ſecretum, arcanum: *plur.* רָזִין *et* רָזַיָּא.

*רָזָה emaciare. *Niphal* נִרְזָה emaciari.

רָזֶה *m.* macilentus: *f.* רָזָה.

רָזִי, רָזוֹן *m.* macies: *vide et mox in* רזה.
תִּרְזָה *f.* cupreſſus.
*רזח, מַרְזֵחַ *m.* lugens, *vel* deſignator funebris.
מִרְזָח *m.* luctus, *vel* deſignatio lugubrium: *aut* convivatio, *funebris apparatus convivalis propter mortuos.*
*רָזַם collimare.
*רזן, רָזוֹן, רֹזֵן *m.* princeps, dominator: *plur.* רֹזְנִים dominatores.
*רָחַב latum eſſe, dilatari. *Niphal* נִרְחַב *idem.* *Hiphil* הִרְחִיב dilatare.
רָחָב *m.* latus: amplitudo, latitudo: *plur.* רְחָבִים *f.* רְחָבָה lata, latum.
רֹחַב, רַחַב *m.* רְחָבָה *f.* מֶרְחָב *m.* latitudo.
רְחֹב *c.* platea, *lata proprie: plur.* רְחֹבוֹת.
*רָחֵל *f.* ovis fœmina: *plur.* רְחֵלִים.
*רָחַם intime diligere. *Pihel* רִחַם miſereri: *Pyhal* רֻחַם miſericordiam conſequi.
רַחוּם *m.* miſericors.
רַחַם *m.* miſericordia, miſeratio: *plur.* רַחֲמִים *Chald.* רַחֲמִין miſericordiæ.
רֶחֶם, רַחַם *m.* uterus, vulva.
רַחַם, רַחֲמָה *f.* puella: *dual.* רַחֲמָתַיִם puellæ duæ.

רָחָם *m.* merops avis. *Hebræis eſt* pica.
רַחְמָן *m.* miſericors : *plur. f.* רַחְמָנִיּוֹת.
*רָחַף commoveri, commovere ſe. *Pihel* רִחֵף motitare ſe more avis : incubare.
*רָחַץ lavare *vel* lavare ſe. *Pyhal* רֻחַץ lavari. *Hithpahel* הִתְרַחֵץ lavari, lavare ſe.
רַחַץ *m.* lotio.
רַחְצָה *f.* lavacrum.
*רְחַץ *Chald.* confidere. *Ithpehal* הִתְרְחִצוּ confiſi ſunt, *Dan.* iii. 28.
*רָחַק longe, procul eſſe *vel* abeſſe, longinquum eſſe, diſtare, longe recedere. *Pihel* רִחֵק *et Hiphil* הִרְחִיק elongavit, longe amovit *vel* receſſit.
רָחוֹק *m.* longinquus : longe, procul : *plur.* רְחֹקִים. *f.* רְחֹקָה : *plur.* רְחֹקוֹת.
רַחִיקִין *m. plur. Chald.* procul remoti, *Eſr.* vi. 6.
רְחֵקִים *m. plur.* longinqui.
מֶרְחָק *m.* longinquitas : *plur.* מֶרְחַקִּים.
*רָחַשׁ ebullire. מַרְחֶשֶׁת *f.* cacabus.
*רָטַב madere, humidum eſſe.
רָטוֹב *m.* humidus, ſuccoſus.
*רָטָה inclinare : *convenit cum* יָרַט.
*רָטַט tremere, horrere.

רֶטֶט *m.* horror, tremor.

*רֻטְפַשׁ *Pyhal* recreari. *Hebræi quidam volunt compoſitum ex* רָטֹב humidum, recens, *et* פּוּשׁ augeſcere.

*רִטֵּשׁ *Pihel* allidere. *Pyhal* רֻטַּשׁ allidi.

*ריח *Hiphil* הֵרִיחַ odorari, olfacere.

רֵיחַ *m.* odor, odoratus. *Chald.* רֵיחַ נוּר odor ignis, *Dan.* iii. 27.

רֵחַיִם *m. dual.* molæ. *Duale eſt, quia* mola *conſtat duabus partibus*, catillo *et* meta, *id eſt, ſuperiore et inferiore lapide.*

*ריע *Hiphil* הֵרִיעַ vociferari: clangere, *fracto ſcil. et inæquabili ſono: nam alias etiam clangebant ſono fixo et æquabili, quod verbo* תָּקַע *ſignificatur. Pyhal* רֹעַע vociferatio agitata fuit. *Hithpahel* הִתְרֹעַע: *vide aliter in* רָעָה *et* רָעַע.

רֵעַ *m.* vociferatio; *vide et* רָעָה.

תְּרוּעָה *f.* clangor, vociferatio.

*ריק *Hiphil* הֵרִיק evacuare, effundere: proferre, evaginare, *cum de gladio dicitur. Hophal* הוּרַק diffundi, transfundi.

רֵק *m.* vacuus, inanis: vanus: *plur.* רֵקִים, *f.* רֵקָה vacua: *plur.* רֵקוֹת.

רִיק *m.* inanitas, inane: inaniter, fruſtra.

רֵיקָם inaniter, immerito: vacue, vacuus.

*ריר salivare: saliva: albumen ovi.

*רָכַב equitare, equo insidere, vehi curru *vel* equo. *Hiphil* הִרְכִּיב, vehere, *vel* vehi fecit, vexit, vehendum imposuit.

רֶכֶב *m.* currus: *item* catillus, *mola superior, quæ* vehitur *super inferiorem, quæ* meta *dicitur: plur.* רְכָבִים currus.

רַכָּב *m.* eques, auriga.

רְכוּב *m.* vehiculum.

מִרְכָּב *m.* sedile, ephippium, stratum, stragula equi, equitatus: *f.* מֶרְכָּבָה *et* מֶרְכֶּבֶת currus: *plur.* מַרְכָּבוֹת.

אַרְכֻּבָּה *f. Chald.* vehiculum: genu, genua.

*רָכַךְ molliri, mollescere, molle esse. *Niphal* נָרַךְ *idem. Pyhal* רִכַּךְ molle reddi: emolliri. *Hiphil* הֵרֵךְ emollire.

רַךְ *m.* mollis, tener: *plur.* רַכִּים. *f.* רַכָּה. *plur.* רַכּוֹת mollia.

רֹךְ, מֹרֶךְ *m.* mollities.

*רכל, רֹכֵל *m.* negotiator, mercator: aromatarius: *plur.* רֹכְלִים. *f.* רֹכֶלֶת negotiatrix.

רָכִיל *m.* detractor, *quasi honoris alterius* nundinator: *et substantive,* detractio.

רְכֻלָּה *f.* mercatura.
מַרְכֹּלֶת *f.* mercatus.
*רָכַס attollere.
רְכָסִים *m. plur.* ſalebroſa, *quaſi hinc inde* elevata loca.
רְכָסִים *m. plur.* elationes.
*רָכַשׁ acquirere, comparare opes.
רְכוּשׁ *m.* ſubſtantia, facultates.
רֶכֶשׁ *m.* equus *vel* mulus levis *et* celer.
*רָמָה jacere, dejicere, jaculari. *Pihel* רִמָּה decipere, defraudare, fallere.
רְמָה *Chald. idem:* וּרְמוֹ et projecerunt, *Dan.* vi. 16. רְמֵינָא projecimus, *Dan.* iii. 24. וּרְמִיו et projecerunt, *ibid. ver.* 21. *inf.* לְמִרְמֵא ad projiciendum, *ibid. ver.* 20. *Ithpehal fut.* יִתְרְמֵא projicietur, *Dan.* iii. 6. תִּתְרְמוּן projecti eritis, *ibid. ver.* 15.
רְמִיָּה, מִרְמָה, תָּרְמָה, תַּרְמִית *f.* fallacia, falſitas, dolus.
*רֹמַח *m.* ſpiculum, lancea: *plur.* רְמָחִים.
*רמך, רַמָּכִים *m. plur.* equæ.
*רָמַם attolli, elevari: *item* vermificare, vermes producere, *ex ſignificato nominis ſequentis. Niphal* נָרֹם exaltari, exaltare ſe, tollere ſe, recedere.

רִמָּה *f.* vermis.

*רמן, רִמּוֹן *m.* malogranatum, malus punica: *plur.* רִמֹּנִים.

*רָמַס calcare, conculcare. *Niphal* נִרְמַס conculcari.

מִרְמָס *f.* conculcatio.

*רָמַשׂ repere, reptare.

רֶמֶשׂ *m.* reptile, reptilia.

*רָנָה ſonare, ſonum edere.

*רָנַן canere, cantare, cantillare: exclamare, acclamare, clamitare. *Pihel* רִנֵּן *idem.* *Pyhal* רֻנַּן cantari. *Hiphil* הִרְנִין cantare fecit, cantavit. *Hithpahel* הִתְרֹנֵן cantillare.

רֹן *m.* רִנָּה, רְנָנָה *f.* cantus, cantio, clamor: *plur.* רְנָנוֹת.

רְנָנִים *m. plur.* pavones, *quaſi* clamoſi *dicti.*

*רסן, רֶסֶן *m.* lupatum, frænum.

*רָסַס aſpergere, conſpergere.

רְסִיסִים *m. plur.* conſperſiones: fragmenta, ſciſſuræ.

*רע, אֲרַע, לְרַע, מִלְרַע *Chald.* infra, ſubtus; *Semper eſt cum præfixa ſervili litera,* אַרְעִית imum, infimum, *Dan.* vi. 24

*רָעַב eſurire. *Hiphil* הִרְעִיב eſurire fecit.

רָעֵב *m.* famelicus.

רָעָב, רְעָבוֹן *m.* fames.

*רָעַד tremere. *Hiphil* הִרְעִיד *idem.*

רַעַד *m.* רְעָדָה *f.* tremor.

*רָעָה paſcere, paſcere ſe, paſci, depaſcere: conſociare ſe, ſocium, amicum ſe præbere, *quia inter greges ſimul paſcentes, mutua eſt ſocietas et amicitia. Quandoque* contererere, confringere, *quæ ſunt a* רָעַע. *Pihel* רֵעָה conſociare. *Hiphil* הִרְעָה pavit. *Hithpahel* הִתְרָעָה amicitiam coluit, amicum ſe præbuit.

רֵעַ *m.* amicus, ſocius, proximus: *habet formam quaſi ex quieſcentibus ſecunda radicali, unde etiam ſemel cum Joth in medio legitur* עַל רֵיעֲכֶם contra amicum veſtrum, *Job.* vi. 27. *item ex uſu Chaldæo* cogitatio, voluntas: *plur.* רֵעִים amici: cogitationes. *f.* רֵעוֹת amicæ.

רֵעֶה *m.* amicus: רַעְיָה *f.* amica.

רְעִי *f.* paſcuum.

רְעוּת *f.* amica, proxima. *Chald.* voluntas, *Eſr.* v. 17. *item* contritio, *quod eſt ex* רעע.

רַעְיוֹן *m.* depaſtio, afflictio, contritio.

רַעְיוֹנִים *m. plur. Chald.* cogitationes. רַעְיוֹנָךְ cogitationes tuæ, *Dan.* ii. 20. רַעְיוֹנַי cogitationes meæ, *Dan.* vii. 28. רַעְיוֹנֹהִי cogitationes ejus, *Dan.* iv. 16.

מֵרֵעַ *m.* amicus, ſodalis: *plur.* מֵרֵעִים. *at* מְרֵעִים *eſt* maligni, *a* רוּעַ.

מִרְעֶה *m.* מַרְעִית *f.* paſcuum.

*רָעַל horrere, tremere. *Hophal* הָרְעַל tremere factus eſt.

רַעַל *m.* horror, tremor: ſtupor, ſopor.

רְעָלוֹת *f. plur.* bracteolæ tremulæ.

תַּרְעֵלָה *f.* horror.

*רָעַם tonare: perſtrepere, perſonare, commoveri, percelli. *Hiphil* הִרְעִים intonare: commovere.

רַעַם *m.* רַעְמָה *f.* tonitru.

*רען *Pihel* רַעֲנַן vireſcere.

רַעֲנָן *m.* viridis, virens. *Chald. idem. Dan.* iv. 1. *plur.* רַעֲנַנִּים: *f.* רַעֲנָנָה.

*רְעַע *Chald.* frangere, confringere, conterere. *futur.* וְתֵרֹעַ et confringet, *Dan.* ii. 40. *partic. Pahel* דִּי מְרָעַע quod confringit. *Eſt ex Hebræo* רָצַץ *literis* צ *et* ע *permutatis. Ex Niphal* יֵרוֹעַ confringetur, *Proverb.* xi. 15. *Hithpahel* הִתְרֹעֵעַ confringi,

Jeſa. xxiv. 19.

*רָעַף *Hiphil* הִרְעִיף ſtillare, deſtillare.

*רָעַץ confringere.

*רָעַשׁ *Niphal* נִרְעַשׁ commovere ſe, commoveri, concuti, contremiſcere. *Hiphil* הִרְעִישׁ commovere.

רַעַשׁ *m.* commotio, motus terræ.

*רָפָא ſanare, curare; ſanari: *Niphal* נִרְפָּא curari, ſanari. *Pihel* רִפֵּא ſanare. *Hithpahel* הִתְרַפָּא curare ſe, curari.

רִפְאוּת *f.* ſanatio.

רְפֻאוֹת curationes, medicamenta.

רְפָאִים *vide in* רָפָה.

מַרְפֵּא *m.* medicina, ſanatio, curatio.

*רָפַד ſternere, ſubſternere. *Pihel* רִפֵּד *idem.*

רְפִידָה *f.* ſtratum.

*רָפָה remiſſum, deſidem eſſe, deſiſtere, deficere: *Niphal* נִרְפָּה *idem.* *Pihel* רִפָּה remiſſum reddidit, debilitavit, deſtituit, deficere fecit. *Hiphil* הִרְפָּה deſiſtere, abſiſtere, ſinere, remittere, dimittere. *Hithpahel* הִתְרַפָּה remiſſe ſe gerere, remiſſe agere.

רָפֶה *m.* remiſſus, debilis: *plur. f.* רָפוֹת.

רָפָה, רָפָא *m.* gigas: *plur.* רְפָאִים gigantes:

item mortui, *quaſi* deſiti, *qui vivere* deſierunt.

רִפְּיוֹן *m.* remiſſio.

*רָפַס conculcavit, conturbavit, perturbavit. *Niphal* נִרְפַּשׂ conturbari. *Hithpahel* הִתְרַפֵּס ſubjicere ſe, *et quaſi* calcandum ſe præbere.

מִרְפָּשׂ *m.* conturbatio.

*רַפְסֹדָה *f.* ratis.

*רפק *Hithpahel* הִתְרַפֵּק aſſociare ſe.

*רפשׁ, רֶפֶשׁ *m.* cœnum, lutum.

*רפשׂ *vide paulo ante in* רָפַס.

*רֶפֶת *m.* bubile.

*רָצָא currere: *idem quod* רוּץ.

*רִצֵּד *Pihel* dejicere, deprimere ſe: *juxta Hebræos*, exſilire, exſultare.

*רָצָה velle, bene velle, benevolum eſſe, gratum, acceptum eſſe *vel* habere, acquieſcere, beneplacitum habere, delectari re aliqua. *Item*, perficere, complere, abſolvere. *Niphal* נִרְצָה acceptari, acceptum, acceptabile habere. *Hiphil* הִרְצָה perficere. *Hithpahel* הִתְרַצָּה benevolentiam conciliare ſibi.

רָצוֹן *m.* voluntas, benevolentia, beneplacitum.

*רָצַח Pihel רִצַּח occidere, interficere, *et dicitur tantum de homine. Niphal* נִרְצַח occidi. *Pyhal* רֻצַּח *idem.*

רֶצַח *m.* occiſio : ſica, gladius.

מְרַצֵּחַ *m.* latro, homicida : *plur.* מְרַצְּחִים.

*רָצַע perforare. מַרְצֵעַ *m.* ſubula.

*רָצַף ſternere.

רִצְפָּה *f.* pavimentum : *item* pruna, carbo : *plur.* רְצָפִים carbones.

מִרְצֶפֶת *f,* pavimentum.

*רָצַץ conterere, confringere, concutere. *Niphal* נָרוֹץ diſrumpi, confringi. *Pihel* רִצַּץ *et* רֹצֵץ conquaſſare. *Hithpahel* הִתְרֹצֵץ collidere ſe.

רַץ *m.* fruſtum, fragmen.

*רָקַב putridum eſſe, putreſcere.

רָקָב, רִקָּבוֹן *m.* putredo.

*רָקַד ſalire, ſaltare, ſubſilire. *Pihel* רִקֵּד *idem. Hiphil* הִרְקִיד ſubſilire fecit.

*רָקַח condire, conficere, miſcere unguenta *vel* condimenta. *Pyhal part.* מְרֻקָּחִים condita, confecta. *Hiphil* הִרְקִיחַ confecit condimenta.

רֹקַח, רִקּוּחַ *m.* unguentum.

רַקָּח *m.* unguentarius, apothecarius : *plur.*

רַקָּחוֹת *et* רַקָּחִים.

רֶקַח *et* מֶרְקָחָה, מִרְקַחַת *f.* conditura, unguentum, pigmentum, unguentatio.

*רָקַם acupingere. *Pyhal* רֻקַּם artificiofe confici *vel* effigiari.

רִקְמָה *f.* acupictum, opus Phrygionicum: *dual.* רִקְמָתַיִם bis Phrygionicum, *utraque parte figuratum.*

רְקָמוֹת *f. plur.* veftes Phrygionicæ.

*רָקַע expandit: plaufit, percuffit. *Pihel* רִקַּע diduxit, expandit. *Pyhal partic.* מְרֻקָּע diductum. *Hiphil* הִרְקִיעַ expandit.

רָקִיעַ *m.* expanfum, firmamentum.

רִקֻּעִים *m. plur.* diductiones.

*רָקַק fpuere, defpuere, *quod ab affini verbo* יָרַק *habet. Hiphil* הֵרֵק attenuare, tenue reddere.

רֹק *m.* fputum.

רַק tantum, tantummodo, duntaxat.

רַקּוֹת *f. plur.* tenues, attenuatæ, macilentæ.

רַקָּה *f.* tempora, *faciei pars.*

רָקִיק *m.* laganum, placenta tenuis.

*רשׁה, רִשְׁיוֹן *m.* facultas, licentia.

*רְשַׁם *Chald.* exarare, defignare, confignare, *Dan.* vi. 9. רְשַׁמְתָּ exarafti, *Dan.* vi. 12.

futur. וְתִרְשֹׁם et exarabis, *ibid. ver.* 8.
רָשׁוּם, רְשִׁים exaratum.

*רָשַׁע improbum eſſe, improbe ſe gerere, improbe agere, improbe avertere ſe *vel* deficere. *ut Pſalm.* xviii. 22. *Hiphil* הִרְשִׁיעַ *idem: et* improbum fecit *ſeu* pronunciavit, damnavit, condemnavit: *item* inquietavit, exagitavit.

רָשָׁע *m.* improbus: *plur.* רְשָׁעִים. *f.* רְשָׁעָה improba.

רֶשַׁע improbitas. *f.* רִשְׁעָה *idem.*

מִרְשַׁעַת *f.* improbe ſe gerens.

*רשף, רֶשֶׁף *m.* pruna, ſcintilla: anthrax, inflammatio maligna: *plur.* רְשָׁפִים.

*רשש *Pyhal* רֻשַּׁשׁ depauperari.

*רשת, רֶשֶׁת *f.* rete. *Quidam a* יָרַשׁ *deducunt, quod capta* poſſideat *et* retineat.

*רָתַח *Hiphil* הִרְתִּיחַ fervefecit. *Pyhal* רֻתַּח effervefieri.

רְתָחִים *m. plur.* ebullitiones.

*רָתַם ligare, jungere.

רֹתֶם *m.* juniperus: *plur.* רְתָמִים.

*רתק *Niphal* נִרְתַּק catenatim jungi, concatenari. *Pyhal* רֻתַּק concatenari, vinciri compedibus ferreis.

רַתּוֹק *m.* catena: funis: *plur.* רַתּוֹקוֹת.
רְתֻקוֹת *f. plur.* catenæ.
*רֶתֶת, רתת *m.* tremor. *Chaldæis uſitata vox.*

ש.

*שָׁאַב haurire.
מַשְׁאַבִּים *m. plur.* haurientes, *vel,* hauſtra *aut* loca, *ubi* hauriuntur *aquæ.*
*שָׁאַג rugire, *leonum proprium verbum, et aliis etiam per metaph. accommodatur.*
שְׁאָגָה *f.* rugitus.
*שָׁאָה *Niphal* נִשְׁאָה vaſtari, tumultuari. *Hiphil* הִשְׁאָה vaſtare. *Hithpahel* הִשְׁתָּאָה ſtupere: *nam* ſtupor *vaſtitas quædam animi eſt.*
שׁוֹאָה *m.* שְׁאִיָּה, שֵׁאת, מְשׁוֹאָה *f.* vaſtatio, tumultuatio, vaſtitas.
שָׁאוֹן, שַׁאֲנָן, מַשָּׁאוֹן *m. idem.*
שׁוֹאִים *m.* מַשּׁוּאוֹת *f. plur.* vaſtationes, vaſtitates.
תְּשׁוּאוֹת *f. plur.* tumultuationes, acclamationes.
*שָׁאַט, שָׁאט depopulari: ſpernere.

שְׁאָט *m.* contemptus.

*שָׁאַל *Pihel* שֵׁאֵל rogare, interrogare, petere, quærere: mendicare. *Niphal* נִשְׁאַל exorari, precibus obtinere. *Hiphil* הִשְׁאִיל mutuare, commodato dare.

שְׁאֵל *Chald. idem. Dan.* ii. 10. שְׁאֵלְנָא interrogavimus, *Efr.* v. 9. *fut.* כָּל דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן quicquid rogaverint vos, *Efr.* vii. 21.

שְׁאוֹל *c.* ſepulchrum, *ſic dictum, quod ore hiante expleri petit: item* infernus, *improborum ſepulchrum.*

שְׁאֵלָה *f.* petitio, interrogatio, quæſtio.

שְׁאֵלְתָא *f. Chald. idem: Dan.* iv. 14.

מִשְׁאָלוֹת *f. plur.* petitiones.

*שאן *Pihel* שַׁאֲנַן tranquillum eſſe, tranquillum agere.

שַׁאֲנָן *m.* tranquillus: *plur.* שַׁאֲנַנִּים *et* שַׁאֲנַנּוֹת.

שַׁלְאֲנָן *m.* tranquilliſſimus, *cum epentheſi* ל, *vel eſt ex* שָׁלֵו *et* שָׁאַן, *geminato Nun.*

*שָׁאַף haurire, anhelare, aſpirare: *item* abſorbere, deglutire.

*שָׁאַר *Niphal* נִשְׁאַר reliquum eſſe, ſupereſſe, reſiduum eſſe *vel* fieri, relinqui, remanere. *Hiphil* הִשְׁאִיר reliquit, reliquum, reſiduum fecit.

שְׁאָר *m.* reliquus, refiduum, reliquum, reliquiæ. *Chald.* שְׁאָר *et* שְׁאָרָא *Dan.* vii. 7.
שְׁאֵר *m.* caro, *et generaliter* alimentum: *item* propinquus, propinqua.
שַׁאֲרָה *f.* propinquitas.
שְׁאֵרִית *f.* refiduum, reliquiæ.
מִשְׁאָרָה *f.* mactra: *plur.* מִשְׁאֲרוֹת.
*שְׂאֹר *m.* fermentum.
*שָׁבָב *m.* fragmentum: *plur.* שְׁבָבִים.
שְׁבִיב *m.* fcintilla, *quafi fragmentum ignis.* *Chald.* שְׁבִיבָא *plur.* שְׁבִיבִין.
*שָׁבָה captivum cepit, duxit, abduxit, detinuit. *Niphal* נִשְׁבָּה captivum abduci.
שְׁבוֹ *m.* achates: *Hebræis* topazius.
שְׁבִי *m.* captivitas, captiva turba.
שִׁבְיָה, שִׁיבָה, שְׁבִית, שְׁבוּת *f.* *idem*: *plur.* שְׁבִיתִים.
שִׁבְיָּה *f.* captiva.
*שָׁבַח *Pihel* laudare: *item* reprimere, compefcere. *Hiphil* הִשְׁבִּיחַ compefcere. *Hithpahel* הִשְׁתַּבֵּחַ laudari, laudare fe.
שַׁבַּח *Pahel Chald.* *idem.* שַׁבַּחְתְּ laudafti, *Dan.* v. 23. שַׁבְּחֵת laudavi, *Dan.* iv. 31. שַׁבַּחוּ laudarunt, *Dan.* v. 4. *partic.* מְשַׁבַּח laudans.

שַׁבֵּחַ *m.* laudans.
שֶׁבַח *m.* laus.
*שֵׁבֶט *c.* virga, baculus, ſceptrum, ſtylus, tribus: *plur.* שְׁבָטִים tribus; tela, ſpicula, *Chald.* שִׁבְטִין *et* שִׁבְטַיָּא.
*שְׁבָט *m.* Schevat, *nomen menſis Januarii.*
*שׂבך *vide* סָבַךְ.
*שׁבל, שֹׁבֶל, שְׁבִיל *m.* ſemita: *plur.* שְׁבִילִים.
שִׁבֹּלֶת *f.* ſpica: *item* fluxus, fluentum: *plur.* שִׁבֳּלִים.
שַׁבְּלוּל *m.* limax.
*שׁבס, שְׁבִיסִים *m. plur.* reticula capitis.
*שֶׁבַע *f.* ſeptem, ſepties.
שִׁבְעָה *m. idem. item* ſeptimus: *dual.* שִׁבְעָתַיִם ſepties, ſeptuplum. *Forma dualis tantum adhibetur ad differentiam numeri pluralis, quo* ſeptuaginta *ſignificantur, ut et ſupra fuit in* אַרְבַּע. *plur.* שִׁבְעִים ſeptuaginta. *Chald. idem.*
שְׁבִיעִי *m.* ſeptimus. *f.* שְׁבִיעִית.
שָׁבוּעַ *m.* ſeptimana: *plur.* שָׁבֻעִים, שָׁבֻעוֹת.
נִשְׁבַּע *Niphal* jurare. *Hiphil* הִשְׁבִּיעַ adjuravit, jurejurando obſtrinxit.
שָׁבוּעַ *m.* juratus: *plur.* שְׁבֻעִים *et* שְׁבֻעוֹת.
שְׁבוּעָה *f.* juramentum: *plur.* שְׁבֻעוֹת.

*שָׂבַע ſaturari, ſatiari. *Pihel* שִׂבֵּעַ ſatiare, ſaturare. *Hiphil* הִשְׂבִּיעַ *idem.*

שָׂבֵעַ *m.* ſatur : *plur.* שְׂבֵעִים. *f.* שְׂבֵעָה.

שָׂבָע, שֹׂבַע *m.* שָׂבְעָה, שִׂבְעָה *f.* ſaturitas.

*שִׁבֵּץ teſſellatum opus fecit. *Pyhal particip.* מְשֻׁבָּצִים incluſi, inſiti.

שָׁבָץ *m.* ocellata chlamys.

מִשְׁבְּצָה *f.* pala, funda annuli.

תַּשְׁבֵּץ *m.* teſſella, ocellatio.

*שְׁבַק *Chald.* reliquit, remiſit, dimiſit. *infin.* לְמִשְׁבַּק relinquere, *Dan.* iv. 23. *imper.* שְׁבֻקוּ finite, *Eſr.* vi. 7. *Ithpehal futur.* תִּשְׁתְּבֵק relinquetur, *Dan.* ii. 44.

*שָׁבַר fregit, confregit, perfregit : *item* emit, *vel* vendidit *annonam, a nomine* שֶׁבֶר annona, *quaſi* annonare *dicas. Niphal* נִשְׁבַּר confringi. *Pihel* שִׁבֵּר fregit. *Hiphil* הִשְׁבִּיר vendere annonam : *item* frangere matricem, *hoc eſt*, aperire ad partum. *Hophal* הָשְׁבַּר confringi.

שֶׁבֶר, שֵׁבֶר *m.* fractura, fractio, contritio : annona, *quaſi famis* fractura *dicta, quomodo et* potus *dicitur* frangere *ſitim, Pſ.* civ. 11. *item* explicatio, *quaſi rei difficilis* fractio *et* ſolutio.

שִׁבָּרוֹן *m.* fractio, contritio.

מַשְׁבֵּר, מַשְׁבָּר *m.* matrix, *vel* os matricis, *quod partu frangi videtur, vel a frangentibus partus doloribus ſic dictum : plur.* מִשְׁבָּרִים fluctus, *ſic dicti, quod vel ſe mutuo, vel naves* confringant.

*שִׂבֵּר *Pihel* ſperare, ſpectare, exſpectare.

שֶׂבֶר *m.* exſpectatio.

*שְׁבַשׁ *Chald.* perplexum, attonitum reddi, obſtupeſcere, conturbari. *Ithpahel part.* מִשְׁתַּבְּשִׁין attoniti, *Dan.* v. 9.

*שָׁבַת quievit, ceſſavit. *Niphal* נִשְׁבַּת ceſſare, aboleri. *Hiphil* הִשְׁבִּית ceſſare fecit *vel* ſivit, abolevit, ſuſtulit, amovit, removit, ſummovit.

שַׁבָּת *c.* ſabbathum, ceſſatio, requies, *ſynecdo.* ſeptimana: *plur.* שַׁבָּתוֹת.

שֶׁבֶת *m.* ceſſatio, *quod et infinitivus a* יָשַׁב.

שַׁבָּתוֹן *m.* quies, requies, ceſſatio.

מִשְׁבָּת *m.* ceſſatio: *plur.* מִשְׁבַּתִּים.

*שְׂגָא, שְׂגָה *Chald.* creſcere, multiplicari, augeri. *futur.* יִשְׂגֵּא creſcet, *Eſr.* iv. 22. שְׁלָמְכוֹן יִסְגֵּא pax veſtra multiplicetur, *Dan.* iii. 30. *Hebraice idem. Pihel* שִׂגְשֵׂג facere ut creſcat. *Hiphil* הִשְׂגָּה auxit

שַׂגִּיא *m.* amplus, multus, multum, valde. *Chald.* וִיקָר שַׂגִּיא et gloriam amplam, *Dan.* ii. 6. *plur. f.* שַׂגִּיאָן.

*שָׂגַב extolli, roborari, robuſtum eſſe. *Niphal* נִשְׂגַּב *idem. Pihel* שִׂגֵּב extollere, roborare. *Pyhal* שֻׂגַּב in edito collocari. *Hiphil* הִשְׂגִּיב extollere, roborare.

מִשְׂגָּב *m.* locus editus, arx edita, robur.

*שָׁגַג erravit.

שְׁגָגָה, מְשׁוּגָה *f.* error. *Poſtremum habet formam quaſi a* שׁוּג.

*שָׁגָה errare, aberrare, oberrare. *Hiphil* הִשְׁגָּה errare fecit.

שְׁגִיאוֹת *f. plur.* errores.

שִׁגָּיוֹן *m.* cantio erratica, varia, mixta: *plur.* שִׁגְיוֹנוֹת.

שָׂגָה *vide ſupra in* שָׂגָא.

*שגח *Hiphil* הִשְׁגִּיחַ profpexit, reſpexit.

*שָׁגַל cubare, concumbere, coire, *verbum inter Hebræos pronunciatu in re maritali vel venerea obſcœnum, unde a priſcis verbum* שָׁכַב cubare, concumbere, *pro eo legendum ſubſtitutum, quomodo et Germani eodem verbo utentes, honeſte dicunt,* Beyſchlaffen, Beyligen, Beſchlaffen,

Niphal נִשְׂגַּל *et Pyhal* שֻׂגַּל vitiari, comprimi.

שֵׁגָל *f.* uxor, conjux, *et dicitur de augusta, vel regia conjuge, estque pronunciatu honestum. Sic Chald.* שֵׁגְלָתֵהּ uxores ejus, *Dan.* ii. 5. שֵׁגְלָתָךְ uxores tuæ, *Dan.* v. 23.

*שגע *Pyhal partic.* מְשֻׁגָּע amens, demens: *plur.* מְשֻׁגָּעִים. *Hithpahel* הִשְׁתַּגַּע amentem, dementem, insanum se fingere, insanum agere.

שִׁגָּעוֹן *m.* amentia.

*שגר, שֶׁגֶר, שָׁגָר *m.* fœtus: *proprie* emissum *significat: nam* שְׁגַר *Chaldæis est* mittere, emittere.

*שַׁד *m.* mamma: *dual.* שָׁדַיִם.

שֹׁד *m. idem, quod vide etiam in rad. seq.*

שׁוֹד *vide in rad. seq.*

*שָׁדַד *Pihel* שִׁדֵּד *vel* שׁוֹדֵד vastare, devastare. *Niphal* נָשַׁד *et Pyhal* שֻׁדַּד vastari. *Hophal* הוּשַׁד *idem.*

שֹׁד *m.* vastator; vastitas, vastatio: *aliter vide in rad. præc.*

שֵׁד *m.* dæmon, *quasi* vastator *dictus: plur.* שֵׁדִים.

שִׁדָּה *f.* ſymphonia: *plur.* שִׁדּוֹת. *Variæ eſt interpretationis: ſed hanc Kimchi in libro radicum omnibus aliis præfert.*

שַׁדַּי *m.* Præpotens, Omnipotens. *Unum ex nominibus Dei, a* potentia, *qua ut omnia creavit, ita cuncta etiam rurſus* vaſtare, *et vel momento in nihilum redigere poteſt. Sic Judæi in verſione Hebræo-Germanica reddunt* **Allmachtig.** *Hoc ſenſu etiam LXX. Græci in Jobo ſæpius reddiderunt* παντοκράτωρ, *et* viii. 3. ὁ τὰ πάντα ποιήσας. *Quidam volunt compoſitum ex pronomine* שֶׁ *vel* שַׁ, *et nomine* דַּי ſufficiens, *q. d.* qui ſufficiens eſt in ſe et a ſe ad omnia. *Hoc ſenſu XX. ſæpe reddiderunt* ἱκανὸς *et Patres eccleſiaſtici* αὐτάρκης. *At Ezech.* x. 3. *Græci nomen Hebræum ſervarunt.*

*שִׂדֵּד *Pihel* occare.

שִׂדִּים Siddim, *nomen proprium vallis.*

*שָׂדֶה *m.* ager, *tam ſativus, quam habitatus, unde et pro* terra *vel* regione *habitata ſumitur: plur.* שָׂדִים *et* שָׂדוֹת.

*שׁרם, שְׁדֵמָה ager, arvum *uredine tactum, et ſic idem eſt quod* שְׁדֵפָה *per commutatio-*

nem literarum מ *et* פ. *plur.* שְׁדֵמוֹת agri, arva, vites.

*שָׁדַף uredine tangi: שְׁדֻפוֹת uredine tactæ, *Gen.* xli. 6. 27.

שְׁדֵפָה *f.* שִׁדָּפוֹן *m.* aduſtio, uredo ſegetum.

*שְׁדַר *Chald.* mittere. *Hithpahel* הִשְׁתַּדַּר conari; ſatagere, contendere, operam dare, *idem quod* הִשְׁתַּדֵּל *literis* ר *et* ל *permutatis. partic.* הֲוָה מִשְׁתַּדַּר erat ſatagens, *Dan.* vi. 14.

אֶשְׁתַּדּוּר *m. Chald.* conſpiratio, rebellio, mittendi *ſignificatione, ut volunt, quia hic* miſſiones *frequentes ſunt.*

שדר, שְׂדֵרוֹת *vide in* סָדַר.

*שֶׂה *c.* pecus, *parva proprie.*

*שְׂהַד, סְהַד *Chald.* teſtari. שָׂהֵד teſtis.

שַׂהֲדוּתָא *f. Chald.* teſtimonium.

*שהם, שֹׁהַם *m.* ſardonyx, *vel* onyx.

שהר, שַׂהֲרֹנִים *vide in* סהר.

*שָׁוְא *m.* vanitas, vanum, falſitas, mendacium: in vanum, fruſtra.

*שׁוּב reverti, redire ad aliquem *vel* ab aliquo, *unde etiam eſt* avertere ſe, averti, recedere: *et tranſitive* redire fecit, reduxit. *Quidam etiam interdum pro* quietum eſſe, re-

